O equare? Jmo non ſolum fugit tē pus ſed volat: ait Tulli⁹.iiij.tuſ.q. dicit ꝙ etas noſtra volat. Et hoc ſiue quieſcamus ſiue laboremus Unde Greg.i.regiſtri. Uita nr̄a: nauigationi ſimilis eſt. Js enim qui nauigat ſtet: ſedeat: iaceat: ſē per vadit. qꝛ impulſu nauis duci tur. Sic ⁊ nos ſiue vigilantes: ſi ue dormientes per momenta tē porum quottidie ad finem tendi mus. ℭ Conſimile exemplum ponit Sen̄.epl̄a.lxxiij. dicēs: ꝙ ſimiles ſumus nauigantib⁹. Jō debet homo feſtinare ad laborā dum. ait idem epiſtola.xxxiij. di. ꝙ homo debet feſtinare in hac breuitate vite: ac ſi a tergo hoſtis inſtaret. Et vere hoſtis a tergo in ſtat: quia morſ. Sen̄.epiſtola.51. P Mors ſequitur: fugit vita. No ſtrū eni viuere eſt a vita tranſire ait Greg.mor.xi.ſuper illō Job. Et fugit velut vmbra. Hoc eniꝫ inquit quod viuimus: nihilo pro ximuꝫ eſt: ait Sen̄: epl̄a.cliij. Un̄ de Ecc.vij. Quid neceſſe eſt ho mini maiora ſe q̄rere. cū ignoret qd ꝓducat ſibi vita ſua numero dieꝝ pegrinatōis ſue ⁊ tpe qō ve lut vmbra ꝑterit? Et Ecc.xi. Ne ſcit ꝙ tps ꝑtereat: ⁊ mors appro piquet ⁊ religt oīa alijſ ⁊ moriat. ℭ Jtem tempus ſic breue ⁊ vo Q latile eſt irredibilitate irrepara bile. Job.xvj. Breues anni tran ſierunt: ⁊ ſemitam ⁊c. De his tri bus ſimul.ſ.ꝙ breues anni: tem poris punctalis modicitas: ꝙ trā ſeunt: fugax velocitas: qꝛ non re uertitur: impoſſibilis redibilitas Greg.mor.xiij. Omne quod trā ſit breue eſt. Et poſt. Ad conque renda premia laboribus iterum non venimus. Sen̄.epl̄a.cxxij. Fluunt dies: ⁊ irreparabilis vita decurrit. Et epl̄a.cx. Fugit irrepa rabile tempus. ℭ Jtem tempus R irredibile eſt viuentium in tem pore conſumptio: ⁊ ad laborādū inhabitatio. Homo eni infirm⁹ eſt ⁊ exigui temporis. Sap.ix. Et Sap.ij. Exiguum ⁊ cū tedio tē pus vite noſtre. Si enim in potē tatib⁹ octuaginta anni: amplius eorum labor ⁊ dolor. Jdeo anꝗ̄ deficiat homo a tempore conſu mēte laborare dꝫ. Ecc.xi. Si an nis multis vixerit homo: memi niſſe dꝫ tenebroſi temporis. Se neca epiſto.cx. Meliora preter uolāt.ſ.tempora: deteriora ſucce dunt. Et ponit exemplum. Quē admodū amphora primū quod S eſt ſinceriſſimum effluit: grauiſſi mum quoqꝫ turbidūqꝫ ſubſiſtit: ſic in etate noſtra: quod eſt opti muꝫ: in primo eſt illud exhauriri in alijs patimur: Et ſequit illud Uirgilij: ſupra poſitum: Optima queqꝫ dies: ⁊c. Et eadeꝫ epl̄a an̄. Agit nos: agiturqꝫ dies: inſcij re pimur. Sequitur quod ſubeſt: ſe gnius ⁊ languidius eſt: ⁊ propius fini. Que enim in iuuentute nō congregaſti quomodo inuenies

in ſenectute.: Ecc.xxv. Jdeo di/
cunt dies mali. Gen̄.xlvij. Dies
annoꝝ peregrinationis mee cē
tum viginti anni : pauci ⁊ mali.
T ¶ Item ſub tpe ſic conſumpti/
uo vita noſtra eſt fragilitate defe
ctiua: ⁊ ad reſiſtenduz corruptio
ni inualida. Jacobi.iiij. Que eſt
vita noſtra? Uapor ad modicum
parens. Omnis enim caro fenū
Jſay.xl. Job.xiiij. Eleuati ſūt ad
modicum. Ibi mor.xvij. Bona
exempla de vite fragilitate: ꝙ cō
paratur fumo. nebule: ſpume: q̄
ad modicum apparent ⁊ cito diſ
parent. Aug. de verbis dn̄i ſmo
ne primo. Fragiliores ſumus va
V ſe vitreo: q: ⁊ ſi caſus vitro timea
tur: non tamen ſenectus: aut fe/
bris. Sequitur. Si caſus nō acci
dat: tempus ambulat. Uitat ho/
mo que extrinſecus ſunt: quod in
tus naſcit pellit? Quaſi dicat: nō
Et poſt. Dies decidūt ⁊ accedūt:
veniunt dies ⁊ eunt: non vt ſint
nobiſcum : ſed vt tranſeant : ⁊
cum tranſeunt: minus nos vale
re faciunt. Jdeo Aug.iiij.confeſ.
vita iſta eſt mors viuentium., Et
de ci.c.xiij.di. ꝙ non eſt niſi cur
X ſus ad morte. Unde vita hec: q̄ſi
facula eſt: ⁊ mors eſt: ait Seneca
epl'a.lxxix.⁊.cxv.dic. ꝙ hic diu
viuere eſt diu mori. Nec eſt curā
dū ꝙ diu viuit: ſed ꝙ bn̄. ¶ Itē
tempus tale quale deſcriptuz eſt
eſt incertum ſui terminabilitate.
Job.xxxij. Neſcio q̄diu ſubſi/
ſtam: ⁊ ſi poſtmodum.tollat me
factor meus. Ibi.mor.xxiij. Ne
ſcit q̄diu iudicium ſubſiſtit hic:
⁊ quando ad dei iudicium tollat
ignorat. Jdeo hec vita compara
tur vento: quo nihil inſtabilius: ⁊ Y
cuius mutatione nihil incertius.
Job.vij. Memento q: vent⁹ eſt
vita mea. Et.xxvij. Uentus trā/
ſiēs fugabit eos. Ibi.mor.xxvij.
Uentus tranſiens eſt vita pn̄s.
Et Aug. de verbis dn̄i ſermone
lxxix. Breuis eſt vita noſtra: ⁊ ip
ſa breuitas ſemper incerta. Seq
tur. Jndulgentiam tibi deus per
mittit: diem craſtinum quis pro/
mittit? Quid differs in craſtinuz.
Uita longa erit. Ipſa longa ſit bo
na. Quod ſi longa erit: meli⁹ bo
na erit: Job.xv. Numerus āno
rum eius incertus. Ibi mor.xv.
Cur quaſi de certo tollit: cuius vi
ta ſub pena incertitudinis tenet?
Hiero.epl'a.lxxix. Nihil ita deci
pit q̄ cum ignorent hoies ſpatia
viuendi: longiorem ſibi vitaz re/ Z
promittunt. Luc.xij. De diuite q
dicebat: quid faciam ? Non hēo
vbi congregem fructus meos.
Sequit. Hac nocte.repetent ⁊c.
¶ Item tempus tranſiens mo/
dis dictis eſt excluſiuum omnis
tēporis ad merendum. Jurauit
enim angelus: ꝙ non erit temp⁹
amplius.ſ. ad merita colligenda
Apoc.x. Ecc.ix. Quodcūq; pōt
manus tua: inſtanter operare: q:
nec opus.⁊c. Super quod Gre/

gori⁹.mor.ix.in fi. Tota intentio/
ne curandum eſt: vt cum temp⁹
vacationis accipimus: bene vi/
uendi ſtudio.malorũ vltima ſup
A plicia fugiamus. ¶ His ergo cõ
ſiderationibus de temporis bre/
uitate.ſ. ꝙ eſt breuitate punctale
velocitate tranſitus volatile: irre/
dibilitate irreparabile: ꝛ ſic de ali
is debet religioſus ſtimlari ꝛ mo
ueri: ne cõceſſo ſibi tempore abu
tatur. Sed toto nixu: toto affectũ
ſtudeat: tempus ſuum bene expẽ
dere: vel deum querẽdo in ocio
contemplationis. Yſay.v. Queri
te dominũ: dũ inueniri põt: vel
proximis benefaciendo.ſ.doctri/
ne informatione: beneficẽtie cõ/
ſolatione: diſcipline cohertione.
Hec eniz debet homo proximo
ſm Aug.epſa.xxxiij. Jõ Gal.vi.
B c. Dum tempus habemus opere
mur bonum. Toto eni tempore
diſcendum eſt viuere. ait Sene.
de breuitate vite. Et Au.epiſtola
xlvij. Neqꝫ in tempore vtiliter vi
uitur: niſi ad comparandum me
ritum: quo in eternitate viuatur.
Ideo ſtudium ſanctorum fuit: in
toto tempore ſuo: ꝛ ſingulis ho/
ris temporis: virtuoſis ſtudijs oc
cupari. Ut de magiſtro gentium
Paulo exemplum ponat. ait eni
Haymo ſuper primã.cor.c.i. In
ſcriptis patruz legimus de Pau
C lo: ꝙ a prima vſqꝫ ad quintã ho
ram labori manuum inſiſtebat.
Ab illa vſqꝫ ad decimam predi/
cationi vacabat. Poſt decimaz
pauperum peregrinorumqꝫ hoſ
pitalitatem: ꝛ corporis ſui neceſſi
tatem procurabat. Per noctem
vo orationi inſtabat. Et propter
hanc aſſiduitatem. qua per ſin/
gulos dies ꝛ noctes gratias lau/
deſqꝫ domino referebat: dit ſe ſẽ
per gratias agere.i.cor.i. ¶ Cõ/
ſimiliter exemplo principum vir
tuoſorum ſic eſt faciendum. Ut
enim dicit in laudem Theodoſij
.i. hiſtorie tripartite: ſolebat per
diem exerceri armis ꝛ corpore:
ſubiectorumqꝫ negotia diſceptaſ
totis vo noctibus libris icumbe
re. Unde legitur habuiſſe cande/
labrũ arte mechanica factum fũ D
dens ſibi oleum in lucernam: vt
laborib⁹ nemo affligeret: ꝛ vt na
ture viz faceret: ſomno repugnãs
¶ Similr exẽplo philoſophoꝝ
dz homo moueri ad precauẽduz
temporis ãmiſſionem: qꝛ nullo tẽ
pore vacabant a ſtudio philoſo/
phie ꝛ virtutum: prout patet i ge
ſtis eorum. Unde Sen.epiſtola
lxxviij. Sapiens ſtudium putat
ꝙ viuit. Et de eoruz ſtudio indeſ
feſſo. Val.lib.viij. Ubi narrat de E
Solone moriente: ꝙ ſemper fla/
grabat ad ſtudia: quibus ſe ſigni
ficabat quottidie aliquid adiſcen
tem ſeneſcere.

¶ Caplm ſecundũ de ocij in tẽ
pore periculoſitate: ꝛ gbus mõis
tempus ãmittitur.

[D]Eſcriptis tempoꝛuʒ qua-
litatibus: ⁊ quarum con-
ſideratione dʒ religioſus
precauere ne tempus amittat: vi-
dendū eſt quibus modis amittit̄.
Et notandū: ꝙ principaliter amit-
titur tribus modis .ſ.
¶ Deſidioſa occioſitate.
F ¶ Laboꝛ infructuoſa occupatōe
¶ Bonoꝝ operū deoꝛdinatiōe
¶ Primo ergo notandū: ꝙ eſt
cauenda deſidioſa occioſitas: eo
ꝙ multum nociua: teſtante ſcri-
ptura. Ecc. xxxiij. Multā ma-
litiaʒ docuit occioſitas. Unde di-
cit Beatus Franciſcus in regula
ꝙ ocium eſt anime inimicuʒ. Et
hoc propter multa. Nam occioſi-
tas eſt anime in ſua intellectiua
tenebratiua. pꝛouer. ix. Qui ſecta-
tur ocium. ſtultiſſimus eſt. Et ve-
G re ſtultiſſimus qꝛ ſtultitia eſt rerū
appetendarum: ⁊ vitandarū: nō
quelibet: ſed vitioſa ignorātia. ait
Au. de libero ar. in fi. Unde ſtul-
tus eſt ocioſus qui non declinat
vitanda: Stultioꝛ qui non colli-
git merita nec deſiderat appeten-
da. Stultiſſimus qui cumulat ſi-
bi ſupplicia. ¶ Item ocioſitas ē
anime quo ad ſuā poteſtatiuam
eneruatiua: ⁊ in deſidiam reſolu-
tiua. Ut eniʒ di. Ual. li. viij. c. viij.
Eſt ocium quo euaneſcit virtus:
⁊ aliud quo recreat̄. Alterum eſt
H inhertibus vitandum: aliud ſtre-
nuis appetendum. Illis: ne vitā
uā eneruē extinguāt: his: vt tem-
peſtiua laboꝛum remiſſione: ad
laboꝛādū vegetioꝛes fiāt. ¶ Idē
li. vij. c. ij. Nimia quies reſoluit i
deſidiam. Nam eſt ocium deſi-
die: ⁊ ocium cogitationis. ait Au-
gu. de vera reli. c. vij. Unde dn̄s
ꝯquerit̄ ꝺ ocioſis. Ezec. xvi. Hec
fuit iniquitas Sodome ſaturitas
panis ⁊ ociū: ⁊c. ¶ Item ocioſi- I
tas eſt anime quo ad ſuam affe-
ctiuam maculatiua: ⁊ bonoꝝ eua-
cuatiua: ⁊ diſtractiua. Un̄ Ethni-
cus .ſ. Ouidius. Cernis vt igna-
ui coꝛrumpūt ocia coꝛpus. Et vi-
cium capiunt ni moueātur aque.
Et Lucanus. Uariam dant ocia
mentem. ¶ Item ocioſitas ē aie
quo ad ſuaʒ memoꝛatiuam: ſiue
vim conſideratiuam: vel ingeni-
um: hebetatiua: qꝛ eſt rubigo aie K
ait Sen̄. epiſtola. cxxiij. di. ꝙ oci-
uʒ quaſi rubigo ingenij. facultatē
ſiccat. Et Alexander. nec̄ ſuper
bibliam. Eſt ocium deſidie: ⁊ oci-
um vacationis. Sequit̄. Coꝛpꝰ
deſidie ingenij nobilitas degene-
rat: obnubilatur ſplendoꝛ: hebe-
tatur acumen. Et ponit exemplū
Ferrum rubiginem ducit .ſ. p oci-
um: ⁊ vitis nō putata in lambruſ-
cam ſilueſcit. Et Sen̄. li. de pro-
uidentia. Languent per inhertiā
ſaginata. Et Ber. epiſtola. lxxxij.
ad fratres de monte. Sūma me-
tis malitia ocium inhers. Sequi-
tur. Ocium eſt quod vel nullam
habet vtilitatem: vel vtilitatis in-
tentionem: Ideo increpando ait

dn̄s occioſis. Quid hic ſtatis to
L ta die ocioſi? Matth.xx. ¶ Itē
ocioſitas eſt bonorū acquiſitorū
conſumptiua. ait Hiero. epiſtola
lxxvij. Nihil ocio deteri⁹: quod
non ſolum non acquirit noua: ſʒ
etiam parta conſumit. Sancte vi
te ratio proceſſu gaudet ⁊ creſcit:
ceſſatione torpet ⁊ deficit. Sequi
tur. Tam diu non labimur retro
q̄diu ad priora contendim⁹. At
vbi ſtare deſcendimus: noſtrꝗ
nō progredi: iā reuerti ē. ¶ Itē
ocioſitas eſt diſcurſuum inutiliuʒ
M occaſionatiua. ⁊ verborum inuti
lium multiplicatiua. i. Thi. v. de
viduis adoleſcētulis. Volūt ocio
ſe diſcurrere: domos circuire: nō
ſolū ocioſe ſed verboſe: ⁊ curioſe
¶ Item ocioſitas eſt Sathane
ad hoſtium cordis introductiua
Hiero. epiſtola. lxxij. Fac ſemper
aliquid boni operis: vt te dyabo
lus occupatum inueniat. Et Cri
ſo ſup. Jo. Omel. vij. Per ope/
ra impeditur introitus dyaboli.
Item Aug. iij. de ci. c. viij. dic. q
q̄to minus hominem occupatū
inueniunt: tanto magis ipſi. ſ. de
mones occupant. Unde Caſſia/
nus. li. col. ante fi. Hec eſt ſenten
tia patrum operanteʒ monachū
N vno demone pulſari: occioſum:
innumeris ſpiritibus deuaſtari.
Math. xij. De ſeptem ſpiritibus
nequioribus. Inueniat eam ſco/
pis mundatam: ⁊ vadit ⁊ aſſumit
ſeptem alios ſpiritus nequiores

ſe. ⁊c. ¶ Is igitur conſiderationi
bus ⁊ multis alijs: cauēda ē ocio
ſitas. Unde Ber. ij. ad Eugeniū
in ocio cauendum eſt ocium: fu/
gienda proinde ocioſitas mater
nugarum: nouerca virtutum. Et
Sen̄. lib. de clementia. Emollit
ocium vires ſicut rubigo ferrum
Et poſt. Fax imota torpet: ignem
exagitata reſtituit. Et vt breuiter
concludat: ocioſitas facit: hoiem
non viuere debito modo viuēdi. O
ait Sen̄. epiſtola. lviij. Ocioſus
non ſibi viuit: ſed quod turpiſſi/
mum eſt ventri ⁊ ſomno. Seqr.
Ille non viuit qui nemini viuit.
⁊ qꝛ ocioſus non viuit ad ſuā nec
alterius vtilitatem: ideo quaſi nō
viuit vero modo viuendi. Quia
homo ad laborem naſcit. Job. v.
Qui ergo non laborat labore hu
mano: non viuit vt homo. Ecc.
vltimo. Deum time: ⁊ mandata
eius obſerua: hoc eſt eni omnis
homo. Ubi Augu. xx. de ci. c. iiij.
Quicunꝗ enim eſt hoc: eſt cu/
ſtos mandatorum dei. quoniam
qui hoc non eſt: nihil eſt. Et quia
ocioſus nec deum timet: nec mā P
data eius obſeruat: ideo non vi/
uit vero modo viuendi. ¶ Ca/
uenda igitur occioſitas tum rōe
conſiderationis deſcripti tempo
ris: vt habitum eſt: tum ratione
neceſſarie ꝑparationis ad mortē
⁊ eiuſdem mortis ſubitationis ꝑ
ut dicit Saluator Matth. xxiiij.
Neſcitis qua hora dominus vē/

turus eſt. Señ. epl'a. xiij. Omnis
dies ordinandus tanq̄ cõſumet
Q ¶ Item cauenda eſt ratione per
nitioſitatis vt dictum eſt. Jõ an/
tiqui magnates ⁊ militantes mul
tum cauebant ocium: q̄r multū
obeſt: eoq̄ reſoluit in deſidiam ⁊
laſciuiam. Jdeo Scipio nolebat
carthaginē emulā Romāis dirui
ſed contradicebat Catoni decer/
nenti: vt dirueref: timēs infirmis
animis hoſtem ſecuritatem: p̄ut
dicit Aug. i. de ci. c. xxx. Quod p3
R ex euentu: q̄r illa diruta: Romani
reſoluti ſunt in deſidiā. laſciuiā3
⁊ diſcordiam ciuilem: prout dicit
ibi: Unde ⁊ de Troya dicit. Uirgi
lius. Jnuadunt vrbem ſomno vi
noq̄ ſepultam. Et Ethnic⁹. Que
ritur Aegip⁹ quare ſit fact⁹ adul
ter: Jn promptu cauſa ē: deſidio
ſus erat. Uñ Hanibal dux Car/
thaginenſium: de nocte ſurgere
ſolitus non requieſcebat ante no
ctem: crepuſculo autē3: ſocios ad
cenam vocabat. ait Poli. li. v. c.
vij. Ut enim ait Aug. epl'a. v. Lo
S quens de Roma recitans verba
Juuēalis dicit. Seruabat caſtas
humilis fortuna latinas. Quon/
dam nec vicijs contingi parua ſi
nebat Tecta labor: ſomniq̄ bre/
ues ⁊ vellere tuſco. Uexate dure
q̄s manus ⁊ proximus vrbi. Ha
nibal: ⁊ ſtantes collina turre ma/
riti. Et poſt. Nunc patimur lon/
ge pacis. dāna: ſeuior armis. Lu
xuria incumbit: victumq̄ vlciſci
tur vrbem. Nullum crimē abeſt
facinuſq̄ libidinis ex quo. Pau
pertas romana perijt ⁊c. ¶ Itē
philoſophi ſtudentes: ſūme caue
bant ocioſitatem: ⁊ laborioſo ſa/ T
pientie ſtudio indulgebant. Ait
Ual. li. vij. c. viij. Ociū induſtrie ⁊
ſtudio maxime contrarium vide
tur. Obnubilat enim intellectiuā
⁊ quaſi rubiginat memoriā3 ⁊ in
genium: vt dictum eſt. Jdeo ait
ſapientia diuina ecc. vi. Quaſi is
q arat ⁊ q ſeminat accede ad illā.
⁊. c. vi. Colluctata eſt anima mea
in illa. Et prouer. ij. Si queſieris
ea3 quaſi pecuniam: ſicut theſau
rum effoderis: tunc intelliges ti
morem domini: ⁊ ſcientiam dei V
inuenies. Ut enim dicit Hugo in
didaſcol. Apud antiquos q̄ttuor
portabāt lecticā philologie. ſ. phi
los ⁊ nopos. i. amor ⁊ labor ⁊ phi
lemia ⁊ agremia. i. cura ⁊ vigilia
Jn amore eſt vt agas: in labore
vt perficias: in cura vt p̄uideas:
in vigilia vt attendas: ait ibidē3.
¶ Item vulgares homines ⁊ la
borātes: ſumme cauere debent
ocium: eo q̄ eneruat virtutem ⁊
potentiam: vt dictum eſt. Unde
⁊ Ade dictum eſt poſt peccatum X
Jn ſudore vultus tui veſceris pa
ne tuo. Et prime theſa. iij. Qui ñ
laborat non manducet. Sed ⁊
laborātibus dicitur in p̄s. Labo
res manuum tuarū quia mādu
cabis: beatus es ⁊c. Unde Criſo
ſtom⁹ ſuper Jo. omel. xxvi. quer

ſi facti ſumus ab ocio. Sequitur.
Non laborare: nos corrumpere
aſſueuit. Et val'. li. vij. c. ij. dicit: ne
gotium populo Romano: meli⁹
ꝗ̃ ocium cõmitti. Nouit eniȝ im
pia mens a cognitione rerum ad
virtutem capeſcendã reſolui. Se
quitur. Negotium nomine orri-
dum: moles noſtre ciuitatis ĩ ſta
tu ſuo continuit. Blande appella
tionis quies plurimis vitijs reſp
ſit. Jõ Auicene. iiij. phie. Opor-
tet ordiare ciuitatẽ in tres partes
In diſpoſitores: miſtros. ꝛ legiſ-
peritos: Et in q̃libet hoꝝ ordine
tur prelatus aliqs. ꝛ nullus ſit in
ciuitate inutilis. Sed ab vnoquo
ꝗ; ꝑueniat vtilitas. ¶ Itẽ rligio
ſi ꝛ cõtemplatiui ſũme cauere d̕
bent occioſitatẽ eoꝙ reſoluit ĩ tẽ
pore ꝛ inhertiaȝ Ber. vbi. ſ̃. In
ocio cauẽdũ ẽ ociũ. Jõ Ambro.
iij. de offi. c. i. di. ꝙ Scipio nõ mi
nus erat negocioſus cũ ſoluſ erat
Et Moyſes cũ taceret: clama-
bat: cũ ocioſus ſtaret preliabatur
Vñ ꝛ in ſilẽtio loquebat: ꝛ ĩ ocio
operabat. Exo. xiiij. ꝛ. xvi. Jõ de
aĩa contẽplatiua dᷣ ꝓuer. vltimo
Panẽ ocioſa nõ comedit. i. refe
ctionẽ celice ꝯtemplatiõis: abſqꝫ
virtuoſo opere nõ guſtauit. Vñ ĩ
vitis patrũ. li. ij. c. xij. titulo ꝙ orã
dũ eſt ſine intermiſſione: dᷣ non
eſſe talẽ laborẽ: qualẽ orare deum
Quia ois alius labor hȝ aliquam
quietem: oro ᵭo vſqꝫ ad vltimã
exalationẽ: opus hȝ magni certa
minis. Vñ Caſſianuſ in collatio.
vbi. ſ̃. dicit de abbate Paulo: ꝙ
cũ in orto modico moraret ꝛ ha
beret ſufficientiã: collectꝫ palmaꝝ
folijs: quottidianam penſam a ſe
exigebat ad ocium cauendum: ꝛ
in fine anni concremabat: ꝓbãs
ſine opere manuum: nec in loco
poſſe perdurare monachũ: nec
ad perfectionis culmen poſſe cõ
ſcendere. ¶ Cum ergo omni ſta
tui hominum: ocium cauenduȝ
ſit vt pretactum eſt: caueant eccle
ſiaſtici ocioſi: ne inueniantur ex
tra debitum ſtatum ꝛ ordineȝ: ꝯ
quos Ber. iij. ad Eugenium in
fi. Quid ſibi vult: ꝙ clerici aliud
eẽ: ꝛ aliud videri volunt: Nẽpe
habitu: milites: queſtu: clericos:
actu: neutrum exhibent. Nõ. n.
pugnant vt milites: non euange
lizant vt clerici. Cuius ergo ordi
nis ſunt? Cum vtriuſqꝫ eſſe cupi
unt: vtrunqꝫ deſerunt: vtrũqꝫ cõ
fundunt: vnuſquiſqꝫ autem ĩ or-
dine ſuo reſurget. i. cor. xv. Iſti
in quo? An non qui ſine ordine
peccauerunt: ſine ordine ꝑhibũt
Sed credo ibi ordinandos: vbi
nullus ordo ſed ſempitern⁹ hor
ror inhabitat. Job. x.

¶ Capitulum tertium. De inuti
lium occupationum infructuo-
ſitate.

c Onſequenter videnduȝ
ꝙ non ſolum tempore
diuinitus cõceſſo abutẽ
tur q̃ deſidioſa ocioſitate torpẽt
ſed etiam:

D ſed etiam qui infructuoſis occupationibus ⁊ laboribus inutilibꝰ fatigātur. vnde Hierony. epiſtola.lxxvij. Non ſufficit a malis eē ocioſum: ſi quis fuerit a bonis.ſ. ocioſus. Et poſt occupandū eſt bonis rebus ingeniū ⁊ ſancte cōuerſationis vſus altius inſerēdus ⁊ Augu. epiſtola.lxxij. aliquid eſt quod tibi dicere curaui: vt curis exueremur inanibus: ⁊ induere mur vtilibus. Unde occupatio i rebus ſuperuacuis: eſt vite dimi nutiua: ait Seneca de breuitate vite. Nihil melius eſt hoīs occupati ꝙ viuere: ⁊ nullius rei difficilior eſt ſcientia ſcilicet ꝙ viue

E re. Nam viuere: tota vita diſcendum eſt. Et quod mirabilius ē: tota vita diſcendum eſt mori. vn̄ ⁊ maximi viri vſq; ad extremā etatem egerūt: vt viuere ſcirent. Sequit. Eius vita lōgiſſima eſt: q ꝙtuncūq; potuit totū ſibi vacauit. Nihil inde occultum fuit. His vo ſcilicet occupatꝭ neceſſe eſt defuiſſe: ex quorum vita multum populus tulit. Et ponit exē plum bonum. Non eſtꝰ ꝙ quēꝙ ꝓpter cāos aut rugas putes diu vixiſſe: ſicut non putas multum nauigaſſe: quē tempeſtas a portu huc illucq; tulit. Non multū

F nauigauit: ſed multum iactatus eſt. Sic eſt de homine occupato Non eni diu vixit: q: ſcilicet nō ſibi vacauit ſed diu fuit. vbi enumerat de his qui ſibi auferunt vitam dicens. ꝙ vanus dolor: ſtultitia: auida cupiditas: blanda cōuerſatio abſtulerunt: ꝙ exiguū tibi de tua relictum ſit intelliges ſcilicet cū cōſideraueris: ⁊ ſcies: te immaturum mori. Ex hoc pꝫ fatuitas occupatorum in rebꝰ ſuperuacuis. Ait ibidem homines predia ſua occupari a nullo patiū tur: ⁊ propter illa ad arma diſcurrunt: ſed in vitam ſuam incedeꝛ

G alios ſinūt: imo ⁊ poſſeſſores inducunt. Nemo inuenitur q pecuniam ſuam diuidere velit. vitā vnuſquiſq; ꝙ multis diſtribuit. aſtricti ſunt in continendo patrimoniū. vt aūt ad iacturam temporis ventum eſt: profuſiſſimi ſunt in eo: cuiꝰ minꝰ honeſta auaritia eſt. Et exemplificat de homine centum annorum: cum ad cōputationem ſue etatis reuocatur conſiderans ꝙtum ei lis vxoris ſeruorū cohabitatio: per orbem diſcurſio: ꝙtū morbi ſibi attulerunt. ꝙtū ſine vſu iacuit: vide

H bit: pauciores ſe habeꝛ: ꝙ cui in erat. Ideo tales multū fallūtur: q: res omni theſauro precioſiſſima ⁊ incomparabilis ſcilicet temporis: viliſſima eſtimaꝛ. Nemo enim eſtimat tempus: cuius pene nullū eſt precium: ait ibi. ⁊ vtū tur eo laxius: ꝙ gratuitis. Ideo tales ſunt prodigi de re precioſiſſima: cū tamen eſſet parciſſime diſpenſanda. ait ibi. Non accepimus breuem vitam: ſed fecimꝰ ⁊

D

nec inopes eiꝰ: ſed ꝓdigi ſumus
Et ponit exemplũ. Sicut ample
opes ſi ad malũ dñm peruenerũt
momento diſſipant: ſi ꝟo bono
cuſtodi modice tradite ſunt: vſu
creſcunt. Ita etas noſtra bene di
ſponẽti multũ patet: ⁊ vita ſi v ti
I ſcias: lõga eſt. Sed aliũ tenet in
ſatiabilis auaritia: aliũ in ſupua
cuis laboribꝰ ſedulitas. Aliꝰ vino
madet: aliꝰ in hertia torpet. ⁊ ſic d
alijs. Ideo exigua pars vite eſt
qua viuimꝰ: ⁊ omne ſpaciũ: non
vita ſed tempus eſt. Et ad litterã
ſi qs ſolerter cogitet q̃tũ ſibi eri
pit de vita ſua: ſomni prolixitas
comeſſationum: ⁊ potationũ ſu
perfluarum diuturnitas: inutiliũ
occupationũ inumeroſitas: ocio
ſitatũ deſidioſitas ꝯfabulationũ
K inanium vanitas: ⁊ internarum
meditationũ varietas: luculẽter
videbit: ꝙ modico tempore viuit
eo modo q̃ debet: q2 nõ ad ſuã
vtilitatem: vel ad agreganda me
rita viuit. Señ. vbi. ſ. Exiguum
tempus habemꝰ: ſed multũ ꝑdi
mus. Et ep̃la prima. Quedã tẽ
pora nobis eripiunt. quedã ſub
ducuntur: quedam effluũt. Tur
piſſima tñ iactura que per negli
gentiã fit. Sequit. Magna ps
iam preterijt. Quicquid etatis re
tro eſt mors tenet: dũ differt vita
trãſcurrit. Et poſt oĩa: aliena ſunt
L tempꝰ tantũ noſtrũ eſt. Sequit
Quanta ſtultitia mortalium: vt
vſq3 minima viliſſima: ⁊ irrepa

bilia ſibi iputari patiant. Nemo
enim iudicat: ſe quicq̃ debere q
tps accipit. Et tamẽ vt ait Sene.
de breuitate vite: id debet ſeruari
diligentius quod neſciat quis qñ
deficiat: ſicut tempus. Iõ alioꝝ
iactura tolerabilis: non ſic de tẽ
pore: q2 nemo ãnos reſtituet: ait
ibidem. Et epiſtola. 50. Si mul
tũ ſupereſſet etatis: parce diſpen
ſandũ erat: q̃to minꝰ: q2 vix ſuf
ficit neceſſarijs. Nunc aũt q̃ de
mentia eſt ſuperuacua diſcere in
tanta temporis breuitate? Ideo
eph. v. Uidete q̃o caute ambu
letis: non quaſi inſipientes: ſed
vt ſapientes redimentes tps. ⁊c.
¶ Magna fatuitas querentiũ ma
gnopere reꝝ viliũ recuperationẽ
⁊ non querentiũ temporis perdi
ti redemptionem: cũ tamen na
tura dedit nobis tempus nõ ad
perdendũ: ait Señ. epiſtola. cir.
Non dedit nobis natura tempꝰ
vt aliquid ex eo vacet perdere.
Et vide diligentiſſime: q̃ multa
pereant. Aliud valitudo abſtulit
aliud negotia. vitam nobiſcum
ſomnus diuidit. Et hoc tempore
tam anguſto: tãq3 rapido ⁊ nos
auferente: qd iuuat: maiorẽ ptẽ
in vanũ mittere? ¶ Ex dictis pa
tet: ꝙ occupationes inutiles ſunt
religioſis maxime precauende
q̃ ſunt mẽtis ꝑturbatiue. ait Se
neca. iij. de ira. Quemadmodũ
per frequentia vrbis loca in mul
tos incurſandum eſt: ⁊ aliqñ ab

ſtillis retineri: ⁊ luto ſpargi neceſſe
eſt: ita ⁊ vago homini: mixta im-
pedimenta: ⁊ multe querele inci
dũt. Jõ Luc. x. Martha Mar
O tha ſollicita es. ⁊c. ¶ Item ſunt
diuine cognitionis impeditiue.
Job. iij. Nonne quieui: ⁊c. Ibi
mora. v. Nequaꝗ̃ mens ad ſu-
perna attollit: ſi curarum tumultibꝰ
occupat. Job. xxxiij. Per ſom-
nũ in viſione nocturna. Ibi mo
M ral. xxiij. Cũ mens ab actionibꝰ
ſopitur: tunc plenius: mandatorum
dei pondus agnoſcit. Sequitur.
Nec enim hõ diuiſus ad vtraqꝫ
ſufficit. Et Grego. ſuper Ezech.
P li. ij. omel. i. Anima ꝗ̃to circa ter
rena angitur: tanto in his q̃ ſunt
celeſtia minus videt: eo ꝙ curis
ſuis ex ſe ducit: ⁊ ſic ad videnda
celeſtia minꝰ valet: qꝛ diuiſa. vbi
ponit exemplũ bonũ de fluuio: q
cũ ad multos riuos diuidit: ab
alueo deſiccatur. Job. xxxix. Nũ
quid noſti tp̃s ptus hybicũ. Ibi
mor. xxx. Quo extra ſe ſpargi per
diſciplinam mens non poteſt: eo
ſupra ſe intendere p pfectum põt.
Et ponit exempla bona: in altum
creſcere arbor que per ramos dif
funditur prohibet. Et cum riuos
fontis obſtruimus: fluenta ad ſu
periora ſurgere puocamꝰ. Sic i-
tentioni anime: ſi exterior euaga
tio clauditur: receſſus interior ape
ritur. ¶ Item ſunt cognitionis
Q ꝓprie excluſiue. Job. xxxiiij. Ne
qꝫ in domis poteſtate eſt: vt ad
deum veniat. Ibi mor. xxv. In
his viſibilibus cor noſtrũ ſpargi
tur: ⁊ quid de ſe intrinſecus agit
obliuiſcitur. Job. xxxv. Suſpice
celum: ⁊ intuere. Ibi mor. xxvi. T
Sparſis foris mentibus: ad ſeip
ſas redire difficile eſt. ¶ Itẽ ſũt
cordis vt ſepius in culpam im-
pulſiue. Job. xxvi. Ecce gigãtes
gemũt ſub aquis. Ibi mor. xvij.
Ipſa occupatio ſecularium dignita R
tũ facilioribus vitijs tanto premi
tur ꝗ̃to maioribus curis grauat
Humanus enim animus deui-
tare peccata vtinam valeat vel
quietus. Ecc. xi. ne in multis ſint
actus tui. vnde etiam a bonis oc
cupationibus antiqui magnates
abſtinuerunt: vt patet de Diocli-
tiano ⁊ maximiano: qui dimiſſo
imperio: vitam priuatam elege-
runt prout legit hyſtorie triparti
te libro. ij. c. iiij. ¶ Item antiqui
philoſophi ⁊ ſapientes: a talibus
abſtinuerunt vt patet in libris eo S
rum. vnde Socrates: cũ ab eo
quereret: quare non in forenſibus
negotijs verſaretur rñdit. Que
locus hic calet: ego neſcio: ⁊ que
ego calleo ideſt ſapio: locꝰ hic ne
ſcit. Ego enim contemno q̃ auli
ci ambiunt: ⁊ que ego ambio illi
contemnũt: prout legitur in pro-
logo Pollicrati. Sed libro ſatur
nalium. c. i. dicitur: ꝙ fuit Socra
tes grecus orator qui conſimilr
reſpondit. Petentibus enim in
conuiuio: vt aliquid de fonte elo

qnēſtie proponeret: ait. Quod lo
cus hic ⁊ tempus exigūt ego non
calleo. Que autē ego calleo: nec
loco ſunt apta nec tempori: noue
T rant enim philoſophi: occupatio
nes impeditiuas eſſe ſapientie et
veri ſtudij: ideo ſe ab illis elon-
gauerunt: ⁊ quieti vacauerūt, p-
ut patet in geſtis eorum. Vn̄ ſcri
ptura dicit. Tempore vacuitatis
ſcribe ſapientiam: ⁊ qui minorat
actu percipiet illam. Job. xxviij.
Sapientia vbi inuenitur? Sequi
tur. Mare loquit: non eſt mecū
Ibi mor. xxiij. Quid maris no-
mine niſi ſecularium mentium
inquietudo ſignatur? Et pꝰ. nul-
lus eam ſcilicet ſapientiam plene
recipit: niſi qui ſe abſtinere ab oī
actionum carnalium fluctuatiōe
contendit. ¶ Qualiter autē ſan-
cti patres fugerunt ad ſolitudīes
⁊ elongauerunt ſe a mundanis
occupationibus patet in vitis pa
trum: ⁊ libro' qui dicitur paradi-
ſus: ⁊. vij. collationum col. prima
V de fabula Macharij de quodā
tonſore: qui pro ternis denarijs
quemlibet detundebat: ⁊ ſic pua
mercede in acquirendo ſufficiē-
ter ſibi prouidebat: ⁊ cū hoc: cē-
tum denarios marſupio inferre
bat ſcilicet in ſpatio temporis. au
diens autē: q in alia ciuitate q-
libz dabat ſolidū vnū, ptonſione
illuc iuit. Vbi cum quolibet die
X multos denarios lucraret: om-
nes expendebat: quia forte ibi
cariſtia. Quod ille cogitans: ait
intra ſe: melius eſſe redire ad ci-
uitatem vbi ex tenui queſtu: com
pleta corporis neceſſitate: exube
berātia quottidiana excreſcebat:
q̄ ymaginarium habere queſtū
ſolidorū: vbi nihil exupabat. Sic
ait Macharius meliꝰ eſt: tenuē
ſolitudinis fructum tenere: vbi
nulle cure q̄ lucra magna affe-
ctare: que mundane cōuerſatio
nis quottidianis deffectibus cō
ſumuntur. q̄ enī difficile eſt va
rijs occupationibus indulgere:
⁊ non pati diſpendium vel in pu
ritate orationis: vel in tranquilli
tate contemplationis: vel in veri
tate locutionis: vel in perfectiōe
operationis. bene nouerunt in ta
libꝰ experti. ¶ Et q2 multi decipi-
untur in occupationibꝰ: eſtiman
tes vtiles q̄ ſunt nociue: notādū:
q eſt diſtrahi occupationibꝰ: et
ſic ammittere tempꝰ dupliciter.
¶ Interiꝰ ſcilicet. ¶ Et exteriꝰ.
¶ Interiꝰ tripliciter. Quando. ſ.
cor occupat. ¶ Vel vāis memo
rationibꝰ de preteritis. ¶ Vel fā
taſticis meditationibus: ⁊ auidiſ
affectionibꝰ circa pn̄tis. ¶ Vel
fluctuoſis tumoribꝰ de futuris.
Job. iij. Qui edificant ſibi ſolitu
dines. Ibi mor. iiij. Mens qua
ſi quendam populū patit: q̄ inſo
lenti cogitationū tumultu vaſtat.
Et exemplificat de tumultibus
cogitationum: quibus varia ho
minū genera occupant. Vnde ō

auaris dicit. Cōſilia multiplicāt:
⁊ mentis ſinum: cogitationū im
mēſitatib⁹ lati⁹ expandunt: in q̄
rum perſona iob. viij. Cogitatio
nes ſuccedūt mihi: ⁊ mens mea
in diuerſa rapit᷑. Ideo Hier. iiij.
vſq; quo morabunt᷑ in te
cogitationes: vt enim ait Sene.
epiſtola. lix. Nihil valet ſilentiū
A religionis: ſi affectus fremunt.
❡ Contra has occupationes re
mediū eſt: cor prout poſſibile eſt
a talib⁹ abſoluere. Ecc. xxx. Con
grega cor tuū in ſanctitate: ⁊ con
tine. ⁊ ipſum cor diligenti ſcruti
nio diſcutere: ⁊ a talib⁹ puluerib⁹
mūdare ⁊ ſcopare procura. ps.
Meditatus ſum nocte cū corde
meo: ⁊ exercitabar ⁊ ſcopebā ſpi
ritū meū. ⁊ idē cor ad deū diri
gere: ⁊ ſimplificare. Sap. i. i ſim
plicitate cordis q̄rite illū Job. v.
Nonne ſilui. Ibi mor. v. Silere
B eſt a terrenoꝝ deſiderijs cor re
ſtringere. ❡ Ad hmōi occupa
tionū excluſionem fuit ſanctorū
patrū ſtudiū. ideo ſe a mūdanis
tumultib⁹ elongabant viuentes i
ſolitudinib⁹: ⁊ vacantes celeſtib⁹
prout legit᷑ in vitis eoꝝ. Job.
v. Qui edificant ſibi ſolitudines
ibi mor. Solitudines edifi
care eſt: a ſecreto cordis: terreno
rū tumult⁹ expellere: ⁊ vna inten
tione eterne patrie: in amorē qe
tis intime anhelare. Trenoꝝ. iij.
Sedebit ſolitari⁹ ⁊ tacebit. Sen.
epiſtola. vij. Auarior redeo: am

bitioſior: luxurioſior: crudelior: i
humanior: qꝛ inter homines fui C
⁊ idem. Nil dānoſius bōis mori
bus: q̄ in ſpectaculis reſidere: qꝛ
tūc facili⁹ vitia ſubrepūt. Sequit᷑
Vn⁹ mihi ꝓ pplo eſt. Unde his
occupari ē temp⁹ amittere. idō
cauendū ab eis. ❡ Item exteri⁹
inutiliter occupari eſt quadrupli
citer ſcilꝫ. ❡ Vel in vana curioſi
tate ſtudioꝝ. ❡ Vel in varia ſcu
rilitate multiloquioꝝ: ❡ Vel i
numeroſa diuerſitate diſcurſita
tionū. ❡ Vel in multitudine ſe
cularium negotiationū. ❡ Sūt
enim aliq̄ vane ⁊ curioſe ſtuden
tes ſcilicet in eis q̄ non conferūt
ad ſalutem. Aug. x. de trini. c. i.
Curioſus eſt: q non ob aliquam
cauſam notā: ſed ſolo amore ra
pit incognita cognoſcendi. ⁊ in h D
differt a ſtudioſo: qꝛ vt ait idē d
vtilitate credendi: curioſitas eſt
cupiditas cognoſcendi ea que
nihil ad ſe attinent: ſtudioſus vo
ea que ad animum nutriendū li
beraliter ⁊ ordinabiliter pertinēt
intentiſſime requirit. Unde d ſic
ſtudentibus ps. Corrupti ſunt: ⁊
abhominabiles facti ſunt in ſtu
dijs ſuis. ⁊c. Ber. de gradib⁹ ſu
perbie in principio. Primus ſup
bie gradus ē: curioſitas. Sequit᷑.
Si videris monachū euagari:
caput erectū aures portare ſuſpē
ſas: ⁊c. curioſū cognoſcas. ⁊ p⁹.
Qui ſeipm ignorat: foras mittit᷑: E
vt hedos paſcat. in hedis enī pa

Iſcendis ſcilicet in motibus ordi-
natis ſe curioſus occupat. ¶ Ab
hac curiſiorate nobiles philoſo-
phi precauebant. Sicut Socra-
tes qui totam philoſophiam ad
mores corrigendos componen-
doſq; reflexit: ait Aug. viij. de ci.
c. iij. ⁊ Plato elegit Achademiā
ad ſtudiuz: q̄ frequenti terremo-
tu concutiebat: vt timore: diſcipli
F a libidine continerent: ait Pap.
vnde Achademia: triſtitia popu
li iterpretatur. ⁊ erat villa diſtās
vno miliario ab Athenis. Unde
⁊ philoſophia ſm eundem: ꝓut
dicit Iſaac in diſtinctionibus eſt
tediū: cura: ⁊ ſollicitudo mortis.
¶ Qualiter etiam ſancti patres
occupationes vani ſtudij excluſe
runt: ⁊ ad cognoſcendū deum: ⁊
ſeipſos ſtuduerunt: ⁊ adimplēda
opere que audiebant aure: labo-
rauerunt: patet in vitis eorꝫ. No
uerant enim ſcriptum. eſtote fac
tores verbi ⁊ non auditores tm̄.
G Iac. primo. ⁊ factores legis: iuſti
ſunt apud deum non auditores.
Un̄ de abbate Pambo. ix. hiſto
rie tripartite dicitur: ꝙ cum eſſet
ſine litteris acceſſit ad quendam
vt doceret. Qui cuz audiſſet ver
ſum illum: dixi cuſtodiam vias
tuas vt non delinquam ⁊ lingua
mea: non eſt paſſus audire ſecū
dum verſum: dicens intra ſe. Si
potero opere hoc implere ſufficit
mihi hic verſus tantum. Quez
cuz is qui verſuz ſibi tradiderat
culparet: cur per ſex mēſes ad eū
non rediſſet: reſpondit. Quia ver
ſum illum adhuc opere non im H
pleui. Poſtea vo: cū ſupuixiſſz
plurimis ānis: requiſitus an ver
ſum illuz adhuc impleſſet: reſpō
dit. Quadraginta nouem an-
nis vixi ⁊ adhuc vix implere pre
ualui. Sed econtra eſt hodie de
ſtudentibus. Unde Sene. epiſto
la. cvi. Quemadmoduz omniū
rerum ſic litterarum intempāria
laboramus. non enim vite: ſed
ſcole diſcimus. ¶ Itez multi oc
cupantur in varia fluxibilitate
multiloquiorum. Job. vi. Ad in I
crepandum: eloquia concinnitis
⁊ in ventum verba profertis. ibi.
mor. vij. in ventuz verba ꝓferre
eſt:ocioſa dicere. Sequit. Qui-
buſdam ſe ruine gradibus deſi
dioſa mens in fouee lapſum im
pellit. Nam dum ocioſa cauere
negligimus: ad noxia ꝑuenim⁹.
prouer. xviij. Qui demittit aquaz
caput eſt iurgiorum. Ibi Greg.
aquam demittere eſt linguaz in
fluxuz eloquij relaxare. Et poſt.
Quot enim ſuperuacuis rebus
mens a cenſura ſilentij diſſipat.
quaſi tot riuis extra ſe ducitur: K
qꝛ per multiloquium exteri⁹ ſpar
ſa: vim intime cōſiderationis ꝑ-
dit. Nec redire interi⁹ ad ſui co-
gnitionem ſufficit: ⁊ ſic hoſtibus
ſe exponit. puer. xxij. Sicut vrbs
patens: ⁊ abſq; murorum ambi
tu: vir qui non poteſt in loquen-

do cohibere ſpiritum ſuum. Ibi Gregori⁹. Qui murum ſilentij non habet: patet inimici iaculis ciuitas mentis. Quã tanto ſine labore hoſtis ſuperat: quanto ipſa cõtra ſe per multiloquium pugnat. Idem dicit. ij. paſtoral'. c. xv. Et ad cohibitionem huiuſmodi occupationis in multiloquio ſtudebant philoſophi. Sicut Pictagoras qui diſcipulis ſuis vſum loquendi per quinquennium inhibebat: ait Ambroſius primo de offi. ⁊ Seneca epiſtola. lv. Vñ Ambroſius. Tacere noſce: quam loqui difficilius. Scio eniz plures plus loqui cum tacere neſciãt. et tamen ſapiens qui tacere nouit: quia vt loquatur multa conſiderat ſcilicet quid: cur: vbi: quãdo: dicat: ait ibi. Ubi ponit exempla. Si non coherceatur ripis ſuis: cito lutũ colligit amnis exundãs. Habet enim habenas ſuas mentis ſobrietas. Laque⁹ aduerſarij ſermo noſter eſt: vt min⁹ ipſe aduerſetur. Quod enim loquimur excipit inimicus: ⁊ quaſi gladio noſtro nos vulnerat. ex ṽbis. n. tuis cõdemnaberis: ⁊ ex verbis tuis iuſtificaberis. ¶ Qualiter autem ſanctipatres ſtudebãt ad huiuſmodi cohibitionem: patet in vitis patrum libro. ij. c. de continentia. vbi dicit: ꝙ abbas Agathon portauit per trienium lapidem in ore: vt diſceret taciturnitatez. ⁊. c. de diſcretione: ait ſenex Si non tenueris linguam tuaz quocunqꝫ perrexeris nõ eris peregrinus. ¶ Item occupantur multi inutiliter ammittẽdo tempus innumeroſa diuerſitate diſcurſitationum. Hiere. xiiij. c. hec dicit dominus populo qui dilexit mouere pedes ſuos: ⁊ ñ quieuit ⁊ domino non placuit. ⁊ hoc. quia mulier vaga ideſt cõcupiſcentia trahit eos poſt cõcupiſcibilia ſua prouer. vij. Conſidero vecordez iuuenem: qui tranſit per plateas Sequitur. Ecce mulier garula: ⁊ vaga: quietis impatiens: nõ valens in domo conſiſtere pedib⁹: nũc foris: nunc in plateis. ⁊c. Unde ſignum eſt in religioſis nolentibus quieſcere ſed per mundum euagari pro leuibus cauſis ⁊ inutilibus: ꝙ a ſuis concupiſcẽtijs ſtimulãtur ⁊ trahuntur: ⁊ ꝙ nõ ſunt ſtabiliti firmiter i amorẽ illi⁹ veri bõi: qđ eſt neceſſariũ. Naz abdicatiõe ꝯcupiſcẽtie ⁊ appetit⁹ exteriorum erit aĩa quieta. Job. xxviij. Mare loquit̃: nõ ẽ in me ibi mor. Quid in hac vita laborioſius quam terrenis deſiderijs eſtuare? Et quid quietius quam nihil huius mundi appetere? Math. xi. Tollite iugum meũ ſuper vos Sequit̃. Et inuenietis requiẽ animabus veſtris. Uñ ⁊ ad quietez habendam ab huiuſmodi diſcurſibus principes etiam abſtinebãt ait Señ. de breuitate vite: ꝙ Dioniſius Auguſtus: cui dij plura quam

villi preſtiterant:non deſijt quietē precari: ⁊ vacationē a republica
R petere. ¶ Ubi etiam ſtudioſe ſe a diſcurſibus continebant. Sen̄. epiſtola.ij. Bonā ſpem de te cō cipio:ſi non diſcurris: nec locoꝝ mutationibus inquietaris. Egri animi eſt iſta vagatio. Primuꝫ argumentum compoſite mentis eſtimo: poſſe conſiſtere:⁊ ſecum morari. Non enim proficit planta que ſepe trāffert. Et ep̄ſa.lxxi. Mutare te loca: ⁊ de alio in aliū ire nolo. Primū:q2 tam frequēs mutatio:inſtabilis animi eſt. Coaleſcere ocio non poteſt:niſi deſiſt circumſpicere ⁊ errare. Ut aiuꝫ poſſis continere: corporis tibi fugam ſiſte deinde plurima remedia continuata proficiunt. Seq̄r.
S Quotiens proceſſeris:in ipſo trāſitu aliqua que renouent cupiditates tuas tibi occurrēt. Et ep̄ſa cvij. Nihil eque prodeſt q̄ quieſcere:⁊ minimū eſt.alijs loq.ſecd plurimum. Unde ⁊ Sen̄.elegan teꝫ libruꝫ fecit de trāquilitate animi. Ubi ait in principio. Ad ociū conuertor. Quēadmodū pecoribus fatigatis velocior domū greſſus eſt: ⁊ inter parietes ſuos placet vitā cohercere ſic ⁊ mihi ire placet ad quietē. In fine q̄q3 eiuſdem libri ponit exemplū aliud. Quemadmodum agros exhaurit nunq̄ intermiſſa fecunditas:
T ita animorum impetus: aſſiduꝰ labor frāgit:⁊ vires recipiūt paulatim reſoluti.ſ.quiete. Unde qui

diligūt huiuſmodi diſcurſus: vlceroſas habent aīas:aut ibi ponēt exemplū bonuꝫ. Ut vlcera tactu gaudent: ⁊ fedam corporis ſcabiem delectat quicquid exaſperat: non aliter dixerim his mentibꝰ in quibus cupiditates velut mala vlcera eruperunt: voluptati eē laborem vexationemq3. ¶ Qualiter etiā ſancti patres diſcurſus fugiebant:⁊ tranquille quieti ſtudebant: patet in vitis patruꝫ li.ij. c.de quieta conuerſatione. Arſenius enim audiuit vocem dicenteꝫ ſibi:Arſeni fuge:tace.quieſce: Hec ſunt radices non peccandi V
Et ibidem. Imperforabilis manet a ſagittis hoſtis:q amat quietem. Qui autem multitudini miſcet:crebra ſuſcipit vulnera. Unde abbate Euagrio legitur in vitis patrum.c.de continentia:q̄ i cella viginti annis fuit:nec leuauit ſurſum oculos.vt tectuꝫ videret. In collationibus quoq3 patrum legit̄ d̄ abbate Appollo:q̄ cum ad eū veniſſet frater eius deprecans vt exiret ad eleuandum bouem eius qui iacebat ſub plauſtro:reſpondit. Cur nō rogas fratrem tuum iuniorem:vt iuuet te: At ille. Quomodo poſſem:de ſepulcro euocare eū:qui ante ānos quindeciꝫ obijt? Ait ille. An ignoras:ante viginti annos me mundo defunctū.⁊ nulla poſſe de huius celle ſepulcro que ad vite huius ſolatia ſpectēt tibi ꝯferre? Xp̄s X
enim nec breuiſſimi momenti in

dutus pro patris indulſit ſepultura. Math. viij. que tamen honeſtius fiebat: q̄ ego ab intentione mortificationis accepte vel modicum ad boue extrahendū patiar relaxari. Unde pꝫ: q̄liter fuit quietus mente ⁊ corpore. Naꝫ ⁊ mortem fratris ante annos quindecim ⁊ prope habitantis ignorabat: ⁊ q̄ ferueus fuerit continuando quietem quam ceperat.

¶ Itē multi occupantur amittendo tempus inutiliter in multitudine ſecularium negotiorū: ingerendo ſe ⁊ implicando in hmōi abſq; neceſſitate ⁊ vtilitate: ⁊ faciendo domū orōnis .i. aiam ſuaꝫ domū negotiatiōis. Jo. viij. Nolite facere domū pr̄is mei domū negociatōis Diſcurrit.n. mlti nūc ad palatia pncipū: nūc ad tēpla pōtificū: nūc ad fora mercatorū nūc ad ſpectacla vanitatū. Quibus dr Eze. xxviij. In multitudine negotiationis tue repleta ſūt interiora tua iniquitate: ⁊ peccaſti A talibus antē negotiationib⁹: niſi quatenus cogit neceſſitas: vel pia vtilitas dbet ſe religioſus elōgare: conſiderans illud quod ait Mardocheus. Heſter. iiij. q non erat licitum indutū ſacco: 
Z aulam regis intrare. Unde Hiero. epiſtola. xxxij. Si officiū vis exhibere presbyteri. ſi epiſcopat⁹ te vl opus vel honor delectant viue in vrbibus ⁊ caſtellis: ⁊ aliorum ſalutem: fac anime tue lucrū. Si autem cupis eſſe quod diceris .ſ. monachus .i. ſolus: quid facis i vrbibus: que non ſunt ſoloꝝ habitacula ſed multorum? Sequit. Habet vnumquodq; propoſitū principes ſuos. Romani duces imitent Camillos: Fabritios: Regulos: Scipiones. Philoſophi proponant ſibi Pictagoraꝫ: Socratem: Platonem: Ariſtotelē: Poete emulentur Homerum: Uirgilium: Terrentiū: Hyſtorici Saluſtium Herodotum: Liuium. Oratores Liſiam: Graccū Demoſteneꝫ: Tuliū. Et vt ad no A
ſtra veniamus tempora: epi ⁊ pſbyteri habeāt in exēplū apl'os ⁊ aplicos viros: quorum honoreꝫ poſſidentes: habere nitant ⁊ meritum. Nos igit habeamus propoſiti noſtri principes: Pauluꝫ. Antonium: Julianum: Hilarionem: Macharium: ⁊ vt ad auctoritatem ſcripturarum redeaꝫ: princeps noſter eſt Helyas: noſter Helyſeus: duces noſtri filij prophetarum: qui in agris ⁊ ſolitudinibus habitabant: ⁊ faciebāt ſibi tabernacula prope fluēta iordanis. hec ille. Unde hic notandum q ob lucrum animarū cōceditur epis ⁊ presbyteris eſſe in vrbibus.

¶ Ideꝫ epiſtola. xxxiij. Interpretare vocabulum mona B
chi. Quod eſt nomen tuuꝫ? Solus. Quid facis i turba qui ſolus es? Ideo Hugo i tractatu de. xij. abuſionibus dicit. Sexta abuſio

eſt monachus curialis. Ubi ait:
Contingere ſolet: ꝙ monachi cu
rias frequentantes: cauſas audi/
ant: iudicia perquirant: ad curi/
as ſecuriores recurrant: nec ſuas
tm̄ ſed aliorum cauſas defendūt
Amant decreta conſiliorum: nō
ſecreta miſteriorum. decreta non
pſalmos rumināt. Sequit. Lau
dari appetunt: eoꝙ pro multi lo/
quuntur Sed monachus mul/
tum loquens multum diſplicet.
Hoc etiaꝫ intelligendū eſt de oī/
bus religioſis: niſi ꝙtum cogit
C neceſſitas vl' pia vtilitas. ¶ Qua
liter auteꝫ ſancti patres ſe ab hu/
iuſmodi elongabant pꝫ in vit pa
trum. li. ij. c. de quieta conuerſa/
tione. Ubi ait Antonius. Sicut
piſces in ſicco moriunt: ita mo/
nachi vagantes extra cellā: vl' cū
ſecularib' morātes: a q̄tis ꝓpoſito
reſoluuntur: Et ibidem d̄ tribus
monachis fratribus: quorū vn'
elegit litigantes pacificare: ſecū
dus: infirmis miniſtrare: tercius
in ſolitudine quieſcere. Qui con/
uenientes: narrauerunt duo tri/
bulationes ſuas ei qui erat in ſoli
tudine. Qui oſtendit eis aquam
turbidam: vbi videre non pote/
rant. vultus ſuos. Sed cum eſſet
limpida facta: inſpexerunt ꝛ vide
E run ſicut in ſpeculo. Sic eſt in//
quit: qui in medio hominū con/
ſiſtit. Turbida enim mens nō vi
det peccata ſua. Sed cū quieue/
rit maxime in ſolitudine: tunc de
licta ſua conſpicit. ¶ Conſimile
exemplū ponit Grego. ſup. Eze. D
li. ij. Omel. xi. vi. ꝙ aqua concuſ/
ſa ymaginem aſpicientis nō red
dit. Cum aūt non mouet: tūc red
dit. Sic eſt de anima. Et de hu/
iuſmodi occupationibus ſupflu/
is. Ecc. ij. Quid prodeſt homini
de vniuerſo labore ſuo: Cūcti di
es eius: laboribus ꝛ erūnis ple/
ni ſunt: nec per noctem mēte q̄/
ſcit. Nonne hec vanitas: ¶ Uñ
Anſelm' de ſimilitudinibus. Si
militudo ē inter laborātes ꝛ mo/
lentes. Quidam eni quicqd mo E
lit in ſaccum reponit. Quidā par
tem vnam reponit: aliam negli/
gentia in fluuiū cadere ſinit. Qui
dam totum vento exponit. Ideo
in veſpera aliter erit eis: qa q̄dā
totum colliget: quidam nihil: qui
dam partem. Sic d̄ laborantib'
Flumē eſt decurſus ſeculi: mane
noſtra natiuitas: vent' vanaglo
ria: veſpera mors: molendinū la
bor ſeculi. Sicut enim mola cir/
cūcirca ad eundem locū ſemper
reuertit: ſic labor noſter animis
ſingulis ad conſimile principiuꝫ
reddit. ꝛ quidā ſic laborantiū to
tam mercedem colligunt. quidā
modicum: quidam nihil. Sic ſe
occupantes. in laborib' inutilib'
tempus perdunt. Sap. iij. Uana
eſt ſpes eorūꝫ ꝛ labor ſine fructu.
Ideo Ecc. v. Non aufert ſecum
de labore ſuo. prouer. v. Ne des
alienis honorem tuum: ꝛ annos

tuos crudeli. Sequit. Ne labores
D tui ſint in domo aliena.

Capitulū quartum. De occupationibus que videntur bone de ordine.

Aij. enim ſunt qui ſe occupant in bonis loquendo de bonis que dicunt
F bona: qꝛ de genere bonoꝝ: ⁊ tñ
qꝛ illa bona deordinant perdunt
tempus ſic laborando: ſaltez quo
ad retributionem eternam. Qd
contingit ſeptem modis. Uel
propter prauitatem: ⁊ culpaz operantis. Geñ. iiij. Caym offerebat
de fructibus terre munera domino. Et tamen ſequitur: ꝙ ad mu
G nera eius dñs non reſpexit: ſz ad
munera Abel. Ubi Grego. mor.
xxij. Ex dātis corde id qd̄ dat accipitur. Ideo prius dicit. Reſpexit ad Abel: deinde ad munera.
Non enim Abel ex muneribus
ſed ex Abel munera placuerunt.
Ad Caym v̄o vel eius munera
non reſpexit. qꝛ. ſ. ipſe diſplicuit.
Iſay. i. Cū multiplicaueritis orationes veſtras: non exaudiaz ⁊c.
Sequit enim cauſa. Man9 eniz
veſtre: ſanguine plene ſūt. Itē
occupationes ⁊ labores d̄ordinā
tur: ⁊ a mercede fruſtrantur rōe
vanitatis anime mouētis ad operandū. Sicut cum quis operatur
H bona que ſunt de genere bonoꝝ
vanagloria mouente. Mat. vi.
Attendite: ne iuſtitiam veſtram
faciatis corā hoībus. ⁊c. Alioqn
mercedem non habebitis. Ipſa
enim vanaglia: de bono facit malum. Sicut cū dat elemoſyna ꝓpter vanamgloriam. ait Augu.
contra Fauſtum. iiij. Et q ſic operantur tempus perdūt: quia premio fruſtrantur: ſicut Uirgines fatue. Math. xxv. Item deordinant occupationes laboꝝ ob
arrogantiam ⁊ iactantiam cordis
ipſius operantis: vt pꝫ de phariſeo Luc. xviij. q dicebat. Ieiuno
bis i ſabbato. ⁊c. Sed fructu ſuo
fruſtrat ob iactātiā cordis. Job.
xxix. Juſtitia indutus ſum. Ubi
bñ Grego. de phariſeo iſto mor.
xxix. O quot labores vno percuſ I
ſi vitio ceciderunt. Quāta bona
vnius culpe gladio ſunt perempta. Unde magnopere oportet ⁊
bona ſpargere: ⁊ nos ab eis caute i cogitatiōe cuſtodire: ne ſi mē
tem eleuent: bona nō ſint: dū nō
auctori ſed elationi militant. Uñ
i. Mach. vi. Eleaçar elephantez
feriens q ſub illo occubuit: ſignificat ꝙ arrogantia de culpa quam
ſupat eleuat. ait ibi. Job. xxij. Ut
video: ſpūs ē in hominib9. Ibi
mor. xxiij. Dicit Gregori9 de dicto phariſeo: ꝙ abſqꝫ iuſtificatione deſcendit: qꝛ bonoꝝ opū ſibi
merita tribuens ſe pretulit publicano: Et ibi d̄ quattuor ſpecieb9
iactantie ſiue arrogātie. Quarum prima eſt: dum bonū a ſeipſis habere eſtimant. Secun- K
da dum datum eis deſuper ꝓ ſu

is meritis eſſe credũt. ¶ Tertia
cum ſe iactant habere quod non
habent. ¶ Quarta cum deſpectũ
ceteris: ſingulariter videri appe-
tunt: quod non ſunt: De quibus
exemplificat bene. ¶ Item deor
dinantur ⁊ a mercede fruſtrãtur
ex deordinatione intentionis diri
gentis que qualificat opera: Am
bro.i.de offi. Affectus nomẽ im-
L ponit opi. Et Aug. epſa.,xxviii.
Ipſa intentio diuerſificat eadem
opera in diuerſis. Ubi ponit exẽ-
pla de deo patre q tradidit filium
⁊ de filio qui tradidit ſemetipſuz
⁊ de iuda qui tradidit ipſum dei
filium. Idem epſa.iiij.contra Iu
lianum. Noueris non officijs ſꝫ
finibus a vitijs diſcernendas eẽ
virtutes. Unde non ſolũ q bona
facit ad ſui oſtentationem: ea per
dit: ſed qui facit ad aliorum con-
temptũ ⁊ d̃rogationẽ. Unde legit
Dial.i.c.xxxviij. ꝙ malignus ſpi
ritus peregrinum ſe ſimulãs cla
mauit per ciuitatez derogãs For
tunato ẽpo in veſpis dicẽs Ecce
quid fecit fortunatus. Peregri-
num de hoſpitio expulit. Quero
vbi regeſcere hẽo: ⁊ ĩ ciuitate eiꝰ
M non inuenio. Quod quidam au-
diens: inuitauit euz hoſpitio. Cũ
xxvj. Homo qui hūerit maculā
nō offerat panem deo. ¶ Debet
eſſe ornatu virtutum decoratus.
ps. Sacerdotes tui induant iu
ſticiam. Unde ſacerdotes legales
lauabant ſe ante ingreſſū taber
naculi. Exodi. xxx. Et induebant
ſaccis. Exodi. xxviij. ¶ Debet eē
omni concordia pacificatus. Mat. P
v. Si offers munus tuum ad al
tare et c. ¶ Debet eſſe ſupra ſe ele
uatus: quia angelus domini ex
ercituum eſt. Malach. ij. Et ſic
cum feruida deuotiōe: iubili exal
tatione: et perfecta dilectione ac
cedit. Eccle. viiij. Uade comede
i letitia panem tuū: et bibe i gau
dio vinum tuum: et ſic celebrans
amplius in xpm immutet et dei
ficetur. Augu. viij. Confeſ. in per
ſona xpi Cibus ſum grandium.
Creſce et manducabis me. Non
tu me mutabis in te ſicut cibum
carnis tue: ſz tu mutaberis i me.
¶ Unde de pena idigne celebrā
tis dicit libro qui dicit paradiſus Q
qd cum ad ſanctum Machariū
veniſſet ſacerdos quidam caput
hñs excoriatum et quaſi cōſum
ptū vt curaret. Nā ſibi deus de
derat gratiam curationum: non
tamen ab eo viſus eſt vel ſuſce
ptus. Et cum ſtaret: vt ſui miſe

A reretur: rn̄dit: ꝙ non erat dign⁹ curari: quia fornicatiōe pollutus ſacra myſteria celebrarat. Jō ſic cruciabat̄. Sed ſi promitteret: ꝙ vl'ſacerdos nunꝗ̄ myſteria diuina contingeret: poſſet deo iuuā te medicinam accipere. Qui cū vocatus eſſet ac ꝓmiſiſſet: nūꝗ̄ ſe fungi ſacerdotis officio: ſed ꝙ inter laycos ſemper ſtaret: crimine ꝯfeſſo impoſuit ſibi manus ⁊ curatus ē. De vtilitate vero miſſarum legitur dialogorum. iiij. in fine.

¶ Capitulum decimū. Quod religioſus ſe deb; vtiliter occupar̄.

B Js vero ſpacijs intermedijs inter horas ꝑdictas debet religioſus occupari vel in ſtudio vtili: ſacra; lectionem audiendo: vel per ſe acquirendo: ⁊ inueſtigando. Lectiōe enim inſtruimur: oratione mendamur: ait Jſido. iij. de ſummo bono. c. viij. ⁊ Augu. ſuper Joā. Omel̄. prima. Lectio ē ſicut oleum in flamma. Si eſt ibi quod nutriatur nutrit̄: creſcit ⁊ permanet. ⁊ Dama. ad Jo. epiſto. i. Lectione velut quotidiano cibo alitur ⁊ pigueſcit oratio: ⁊c. ⁊ Alternatim audire debet ſapientiores ⁊ ſtudioſe inueſtigare. Jn audiēdo enim imprimitur ipſa veritas intime ⁊ intenſe ait Hieroni. epiſtola. xxxv. Et eſt in prologo biblie. Habet neſcio quid latentis energie viua vox: ⁊ in aures diſcipuli de auctoris ore transfuſa fortius ſonat. Unde prout dicit Jſac lib. de elementis: cum platonis obitus appropinquaſſet: ⁊ ad ſe diſcipuli cōueniſſent: ait ꝙ audire magiſtros magis applicat intētionibus rerū: ꝗ̄ conſiderare in libris. Liber enim nō offert rem: ſed tantum formas ex vna parte: magiſter vero offert plures formas ſm varios geſt⁹ ſuos: ⁊ ex pluribus partibus reſpondet. ¶ Similiter in ſtudendo ſolertius inquirit̄ veritas ⁊ inuenitur. Sene. epl. lxxxvj. Alit lectio ingenium ſtudio fatigatu; non tñ ſine ſtudio reficit. Nec ſcribere tm̄: nec legere tantū. Sequitur. Alterum altero temperā du;: vt quicq̄d lectiōe collectū ē ſtilus redigat in corpus. Et pōit exemplū: ꝙ alimenta ꝗ̄diu ſunt integra innatāt ſtomaco: ⁊ oneri ſunt cum vero mutata ſunt: in vires trāſeunt. Sic ⁊ que haurimus audiendo vel ſtudēdo: nō patiamur integra eſſe: ſed coquamus: ⁊ in ingenia ibūt. Jn quo ſtudio ꝓuideri debet: ꝙ certa ſit lectio: q: vt ait Sene. epſto. xlvj. Lectio certa prodeſt: varia delectant. ⁊ Ber. ad fratres de mōte. Certis tpib⁹ ⁊ horis: certe eſt lectioni vacandū. Fortuita. n. ⁊ varia lectio: ⁊ quaſi caſu reperta nō hedificat: ⁊ leuiter admiſſa leuiter recedit a mēoria. S; certis ingenijs inmorandū eſt ⁊ aſſueſa

R S T V X

ciendus eſt animus. Sequitur De quottidiana lectione aliquid quottidie in ventre memorie demittendum eſt: ꝙ fidelius digeratur: ⁊ rurſum reuocetur ⁊ crebrius ruminet: qđ propoſito cōueniat: qđ intentiōi proficiat: qđ
Y detineat animū: ne aliena cogitare libeat. Sepe auriendus eſt de lectiōis ſerie affectus ⁊ formāda oratio Sene. ep'la. ij. Diſtrahit librorum multitudo: ita ꝙ cū legere non poſſis quantū habueris. ſatis eſt habere qđ legis. Sed inquis. Modo hūc librum euoluere volo: modo illum. Rn̄deo. Faſtidientis eſt ſtomaci: multa deguſtare Que varia ſunt ⁊ diuerſa inquietant nō alunt. Et ſtudiū iuuat affectuoſa oratō. ait Ber. vbi ſ. ꝙ oratio lectionem interrumpit: nō tamen interrumpēdo impedit: q2 priorem ad intelligen-
Z tiam animū reſtituit. Totū aūt ſtudiū religioſi tēdat ad augmētum religionis ⁊ deuotōis. Ber. in meditationibus. Nihil aliud docet me tota ſcriptura: niſi religionis vnitatē ſeruare. Ego miſer ⁊ miſerabilis citius curro ad lectionem: quam ad orationem. Libentius volo legem quam miſſas audire. De hoc caſſian' lib. v. Col. de abbate Theodoro dicit: ꝙ cū explicationem obſcure queſtiōis inquireret nec attingeret: ſeptem diebus ⁊ noctibus in oratione infatigabilis perſtitit: donec ſolutio-

nem deo reuelante percepit. Idē de inſtitutione ſcripturarum dicit. A
Monachum cupiētem ad ſcripture noticiā pertingere nequaquam debere labores ſuos erga commentariorum libros īpendere. ſ. totaliter: ſed oēm mentis induſtriā ⁊ cordis ītētionē erga emendationē vitiorum detinere. Quib' expulſis: cordis ocli quaſi ſublato velamine paſſionum: ſcripturarū ſacramenta contemplantur. Et ponit exemplum de oculiſ corporalibus: ⁊ lumie viſibili. Sapiē. vij. Optaui ⁊ datus eſt mihi ſenſus. ¶ Ceteris aūt horis quibus nō vacat religioſus orationi vel
ſtudio ocioſitatem debet cauere B
⁊ bona opera exercere: prout dictū eſt ſupra. Ber. vbi ſupra. Nunquam ocioſus ſit ſu' dei: q̄uis ad deū feriatus ſit: quippe nomen tam ſuſpectum ⁊ vacuum ⁊ molle: rei tam certe tam ſancte ponendum non eſt.

¶ Capitulū vndecimū. Qualiter accedendū eſt ad refectionē.

His aūt peractis accedēdum eſt ad refectionem corporum corruptibiliū vt conſeruent ⁊ roborent ad ſer-
uiendū deo. Hac enim intentione debet vir ſanctus ad corporis refectionem accedere. Et no. ꝙ in acceſſu ad menſam debet eſſe dolor ⁊ iterna lamētatio. ¶ In progreſſu ſobria fragilitas ⁊ prouida diſcretio. ¶ In egreſſu vo C

diuina laus

A diuia laus ⁊ gratiaꝝ actio. ¶ De
ꝓmo Job. vj. Anteq̃ comedaz
ſuſpiro. Et merito. Ob memoriā
amiſſe imortalitatis per peccatū
⁊ inflicte mortalitatis ⁊ defectibi
litatis: quā oportet reparare ⁊ re
creare per corporalem refectio-
nem. Nam licet homo in para-
diſo comederet ſi non peccaſſet:
D prout dicit ab Augu. xiiij. de ci. d.
xxvij. di. ꝙ cibus aderat ne eſuri
ret: potus ne ſitiret lignum vite:
ne eum ſenect⁹ diſſolueret: nihil
tamen corruptionis in corpore
vllas moleſtias vllis eius ſenſi-
bus ingerebat. Non tamen co-
mederet ad deperditiōis reſtau
rationez: nec ad miſeriaꝝ cumu
lationez ſicut modo. Unde libro
qui dicit paradiſus legitur de ab
bate: Iſidoro: ꝙ cum cibum ſu-
meret ſepe lachrimabat dicens.
E Erubeſco irrationabilem ſumer
cibuz: qui rationalis a deo factus
in paradiſo voluptatis deberem
verſari: ⁊ cibo diuino ſaciari.
¶ Item ob cōſideratione igno
minioſe vilitatis ipſius exactoris
cui oportet ſeruire manducādo:
⁊ ob eius implacabilitatem ⁊ per
ditionem omnium que ſibi exol
uuntur. vt enim dicit Sen. epla.
xxij. Uenter precepta non audit:
ꝙ non poſſit appellat. Non eſt
F tam moleſtus creditor. Et epla.
cxij. loquens de ventre dicit. In
quem ſic precioſa congerim⁹ tā-
q̃ recepta ſeruantez: quid ad rē
pertinet ꝙ accipiat perditurus
quicqd acceperit: Idē de breuitate
vite. Cum ventre homini eſt ne
gotium. Nec rōnem patitur: nec
equitate mitigatur: nec vlla ꝓce-
flectitur eius eſuries. Jō merito
cum dolore accedit: vt ſibi fuiat.
Et vere beat⁹ eſt qui ſibi ñ ſeruit
Job. xxix. Clamorē exactoris ñ
audit. Quod exponens Grego.
de ventre ait. mor. xxx. Seruitus G
exactoris eſt. neceſſarioꝝ nature
poſtulatio. Clamor vo eſt men-
ſuram neceſſitatis tranſiens ap-
petitum gule. Unde legitur libro
qui dicitur paradiſus de abbate
Serapione qui et Sydonius di
citur: eo ꝙ ſindone veſtiebatur:
ꝙ cum Athenas veniſſet: nec tri
bus diebus ante comediſſet: nec
perā nec pecuniam haberet: q̃rta
die eſuriens ⁊ ſtans iuxta locum
conſilij clamauit. Uiri Athenien
ſes ſuccurrite. Requiſit⁹ qd ha-
beret. reſpondit. Trium fenerato
rum manus incurri: ⁊ duoꝝ de-
bitum ſolui. Tertius me retinet:
nec ſatiſfacere poſſum. Interro- H
gatus: qui eſſent illi: reſpondit.
Cupiditas pecunie: deſideriū vo
luptatum: ⁊ voracitas ventris.
Duos video euaſiſſe: tertiū eua-
dere nequeo: qꝛ mō me vrget. Et
tunc quidam philoſophi creden
tes: eū quedam ficta dicere: ſoli-
dum vnum offerunt: Quez tra-
dens cuidaz vendenti panes: ac
cipienſqꝫ vnum panem tantum

receſſit. Et ſolidum recuperaue-
runt philoſophi: dato ꝑcio panis
¶ Idez legitur .iiij. coll. collatōe
iiij. ſub alijs verbis: vt habetur:
ꝙ ſenex quidam diſputans cum
philoſophis ſub colore ꝓblema-
tis hoc expreſſit. Multis inquit
creditoribus me pater meus re-
liquit obnoxiū. Sed ceteris ſol-
uens: ab eorum moleſtia libera-
I tus: vni ſatiſfacere quottidie ſol-
uendo non poſſum. Et querenti-
bus ſolutionem: rn̄dit. Multis
fui vitijs conſtrictus: quib⁹ tanꝙ̄
moleſtiſſimis creditorib⁹ omnē
ſubſtantiam abijciens ſatiſfeci: at
ꝙ ab eis abſolutus ſum. Caſtri-
margie vō ſtimulis carere neq̄o
nec licet eam redegerim in par-
uum modū: vim quottidiane im
pulſionis euado. Sed neceſſe ē
perpetuis ꝯuentionib⁹ perurgeri
atq; iexplebile īferr̄ vectigal. Cu
ius exactionis quottidiane cum
moleſta conſideratione merito
cum luctu debet homo ad refec-
tionez accedere. Sic Tobias cū
luctu ſumebat panem. ¶ Conſe
K quenter debet eſſe diſcretio ⁊ ſo-
bria frugalitas in ꝓceſſu: ſiue v ſu
⁊ hoc multipliciter. ¶ Primo
vt ſit gule ⁊ omniuz eius ſpecie-
rū abdicatiua excluſio. Job. xxx.
Clamorem exactoris non audit
Ubi mora. xxx. dicitur: ꝙ per exa
ctorem ſignatur venter: vt dictū
eſt. Cuius clamor non eſt audiē
dus: gulam reſtringendo. ¶ Cu
ius ſpecies ſunt quinq;. ſ. ¶ Uel
tempus preueniendo: vt Iona-
thas .i. Regū. xiiij. ¶ Uel cibos
lautiores appetendo: vt populus
carnes deſiderās in deſerto. Nu
meri. xi. ¶ Uel cibos accuratius
preparando: vt filij Heli. i. Reg
ij. ¶ Uel menſuram excedendo.
vt Sodoma. Eze. xvi. Hec fuit
iniqtas Sodome. ⁊c. ¶ Uel ni-
mis ardēter appetendo: vt Eſau
gen̄. xxv. vnde v̄ſul. Pre prope
laute nimis ardenter ⁊ ſtudioſe.
Sic Jonathas popul⁹ ſodoma
ꝙ ſeyrꝙ ſacerdos. A quibus oī
bus ſpeciebus oportet frugaliter
precauere. Ecc. xxxi. Super mē-
ſam magnam ſediſti. Sequitur
Utere quaſi homo frugi his que
tibi apponuntur. ¶ Item ꝓuida
diſcretio: vt ſit alimentorum cor
pus inflammantium debita ſub
tractio. Corpus eni eſt vt fornax
ardens maxime iuuenile. Alimē
ta ſicut fomenta inflammantia.
Ideo cauendū: ne ſubminiſtren
tur nimis inflāmantia rōne q̄ti
tatis vel qualitatꝭ. Hiero. ad Eu-
ſtochium epiſtola. xxiij. Uinuz
⁊ adoleſcentia duplex incendiuz
voluptatis. Quid oleū flamme
adicimus: Idē epiſtola. lxxxviij.
Quicquid inflammare corpus
poteſt: qd̄ fomentum voluptati
ſuggerit fugiendum eſt amore
caſtitatis. Et epiſtola. xciiij. ad fu
riam de viduitate ſeruanda. Nō
Ethne ignes: nō vulcana tellus

non viſcus ⁊ olympus tantis ar/
doribus eſtuant: vt iuueniles me
dulle vino plene: ⁊ dapibus in/
flammate. ℂ Et qꝛ vinum ⁊ car
nes inflammant: iō ab eis antiq
abſtinebant. Hiero. ij. ꝯ Iouiñ.
Eſus carniū ⁊ potus vini: vētriſ/
qꝫ ſaturitas: ſemiaria ſunt libidi
nis ſm illud Comici. Sine cere
re ⁊ baco friget Venus. Vñ nar
O ratibi: Iouis prophetas non ſo/
lum a carnibus: ſed a coctis cibiſ
abſtinuiſſe: prout fert Euripides
Et de ſacerdotibus egypti narrat
qꝫ ſemper abſtinuerunt a carni/
bus ⁊ vino. Et qꝫ Athenieñ. tria
precepta in templo erāt deos ve
nerādos: honorandos patres: ⁊
carnibus non vtendum. ℂ Itez
neceſſaria eſt diſcretio: vt ſit con
cupiſcentie inſidiantis cauta de/
uitatio. Gregorius vbi. ſ. volu/
ptas ſub neceſſitate ſe paliat: vt
eam vix quis etiam perfect⁹ diſ/
cernat. Et. ix. mor. in fi. Diſcretio
P nis moderamie carnis cura ſer
uanda eſt: vt ſeruiat: ⁊ minime
principetur: ne quaſi domina ani
mum vincat: ſed ſubacta: mētis
dominio quaſi ācilla famuletur.
Et Augu. ix. confeſſionum: hoc
me docuiſti deus: vt queādmo/
dū medicamenta: ſic alimenta
ſumpturus accedam. Sed dum
ad quietem ſacietatis ex indigen
tie moleſtia tranſeo: in ipſo tranſi
tu inſidiatur mihi laqueus con/
Q cupiſcentie. Sequit. Cum ſalus
ſit cauſa edendi ⁊ bibendi: adiū/
git ſe tanqꝫ pediſequa periculoſa
iocunditas: que plerunqꝫ preire
conatur: vt ei⁹ ſcilꝫ cā fiat: qđ ſalu
tis cauſa facere me dico vł volo.
Ro. xiij. Curam carnis ne feceri
tis in deſiderijs. ℂ Item diſcre
tio debet eſſe: vt ſit hoſtis incluſi
triumphalis deuictio. Gregori⁹
mor. xxx. Neqꝫ ad conflictū ſpi
ritualis agonis cō ſurgitur: ſi nō
prius in noſipſos hoſtis poſitus R
gule ſcilicet appetitus edomatur
Sequit. In caſſum ꝯ exteriores
hoſtes in campū bellū geritur. ſi
intra ciuitatis menia inſidiās ci
uis habetur. Unde princeps co
quorum deſtruxit muros Hieru
ſalez. iiij. Reg. vł. i. anime v̄tutes:
ꝓut dicit Hiero. ſuper illud gal.
v. Qui xp̄i ſunt carnem ſuaz cru
cifixerūt. De quo hoſte idē Hie
ro. epiſtola. lxxxiij. Hic hoſtis in
tus incluſus eſt. Quocūqꝫ pergi
mus nobiſcum portam⁹. Sequi
tur. Moderatus cibus: ⁊ nūqꝫ
vēter expletus triduanis ieiunijſ
prefertur. Et multo meli⁹ ē quot S
tidie qꝫ raro ſatis ſumere. ℂ Itē
dꝫ eſſe prouida diſcretio in actu
refectiōis: vt ſit carnis ſub lege
ſpiritus redactio: ⁊ ne ſit ex̄ viaꝫ
dei vagatio. vt enim dicit Aug.
li. ſermonū: ſermone primo. Ca
ro iumentum eſt: quod ē freno ⁊
fame domandum: qꝛ de via que
ducit Hieruſalē. excludere cona
tur Hieronim⁹ epiſtola. xcv. Ca

ro domāda eſt: vt ſeſſorem ſpūm
ſanctū moderato atq; cōpoſito
portet inceſſu. Cibaria eniz ⁊ vir
T ga: ⁊ onus aſino ⁊c. Ecc. xxxiij. ⁊
i. cor. ix. Caſtigo corpus meū. ⁊c.
Quod exponit Gre. mor. xxx. de
caſtigatione per abſtinentiam. i.
cor. xi. In fame ⁊ ſiti. ⁊c. ¶ Itez
debet eſſe prouida diſcretio i vſu
alimētoꝝ: ne fiat viriū aggraua
tio: ⁊ operum impeditio: ſz ſit ad
opandū pmptitudo. Hiero. epi
ſtola. lxxx. Cibus ſit oluſculū ⁊ ſi
V milia: raroq; piſciculi: ⁊ ne prece
pta gule longius trahā: ſic ſemp
comedas: vt ſemp eſurias: ⁊ ſta
tim poſt cibuz poſſis legere: pſal
lere: ⁊ orare. Idē p̄mo. ꝯ Iouiñ.
Adeſſe debet rō: vt tales ⁊ tātas
ſumam⁹ eſcas. quib⁹ nec oneret
corpus nec pregrauetur libertas.
Luc. xi. Ne grauent corda vr̄a
crapula ⁊c. ¶ Item debet eſſe ꝓ
uida diſcretio in ſumptiōe alimē
toꝝ: ne ꝑ immoderantia ꝑterita
X oporteat fieri pnialis maceratio
ſiue diſciplinalis caſtigatio vnde
ꝯria ꝯrijs curent: ait Gre. ſuper
euan. lib. i. omel. xij. ⁊ mor. xxiiij.
in principio: Et vt ꝑ abſtinentiā
fiat reuerſio in ꝑadiſum: a quo di
ſceſſimus per gulaz appetendo li
gnum vetitū. Per aliā. n. viā re
uerſi ſunt in regionē ſuā. Mat.
ij. vbi Greg. ſuper euange. lib. i.
omel. xi. A regiōe noſtra ſupbiē
do inobediendo: viſibilia ſequen
Y do: cibū vetitū guſtādo diſceſſi
mus. Sed ad eaz neceſſe eſt: vt
flendo obediēdo viſibilia ꝯtem
nendo: carnis appetit⁹ refrenādo
ꝛdeam⁹. Hiero. epiſtola. lxxxiiij.
Sollicite ꝓuidendū eſt: vt quos
ſaturitas de paradiſo expulit eſu
ries reducat. Mat. v. Beati qui
nunc eſuritis quia ſaturabimini.
¶ Magna ergo ars ⁊ ſolers in
duſtria neceſſaria eſt ad vtendū
neceſſarijs in refectione corꝑali.
Ideo phil. iiij. Ego didici in qb⁹
ſum ſufficiens. Sequit. Vbiq;
⁊ in omnib⁹ inſtructus ſuz. Scio
ſaturari. ⁊c. Vbi Grego. ſup Eze.
li. i. omel. vij. Ars magna hec ſci
re: de qua gloriatur apl's. ¶ Re
citare vo exempla ſanctoꝝ patrū
de ꝑdictis ⁊ auſteritates vite eoꝝ
nobis modernis maior eſt cōfu
ſio ꝙ laudatio. Nam in eis fuit
alimentoꝝ vilitas ⁊ auſteritas.
Quidam eniz viuebant herbis
crudis. quidaz modicis fructib⁹.
Quidaz ſiccis panib⁹ ⁊ aqua: vt
patet in vitis eoꝝ. Hiero. ad Eu
ſtochium epl'a. xxxiiij. De cibis ⁊
potibus taceo. cum etiam langue
tes monachi aqua frigida vtant
⁊ coctū aliquid accepiſſe: luxuria
ſit. Hec ibi. ¶ Item alimentoꝝ
erat eis impreparabilitas ſiue ru
ditas. eoꝝ enim erat ſtudium: ꝙ
alimenta ſaporez amitterēt. Sic
beatus Germanus qui cineres
intermiſcebat cibis ne ſaperent.
⁊ beatus Franciſcus idem facie
bat. Nec ſalſam aliam querebāt
ꝙ famem ⁊ laborem. Vñ Ber.
ad fratres de monte. Panis ſur

ſureus: ⁊ ſimiliter aqua: olera vl̄ legumina ſimplicia neq̄ꝗ̄ res delectabilis eſt: ſed amore xp̄i ⁊ deſiderio interne quietis ventri bn̄ morigerato gratanter ex his ſatiſfacere poſſe: valde delectabile eſt. Sequitur. Facillimū eſt ⁊ delectabile: adiuncto amoris dei condimento: ſm̄ naturaꝫ viuere ⁊ ponit exemplum de pauperib⁹ quibus eſt delectabile ſic viuere.
B ¶ Item in eoꝝ refectione erat tēporis tarditas: q: vix aut raro comedebant ante ſolis occaſuꝫ. Unde Hiero. ad Paulinū ep̄la xxxv. Sit vilis ⁊ veſpertin⁹ cibuſ olera ⁊ legumia: interdūq; piſciculos p̄ ſummis ducas delitijs. Qui enim xp̄m deſiderat: ⁊ illo pane veſcit̄: nō querit magnope q̄ de cibis precioſis ſtercus ꝯficiat. Quicqd poſt gulam nō ſentitur: ideꝫ ſit tibi quod panis ⁊ legumina. Unde in vitis patruꝫ li. ij. c. de continentia: ait ſolitarius. Nunꝗ̄ vidit me ſol manducantem.
C ¶ Item erat refectionis eorum raritas. Quidam eni comedebant ſemel in biduo vl̄ triduo. vn̄ lib. q dicit̄ paradiſus legitur de Pachomio ſub quo erāt trecenti monachi: q̄ ali⁹ ieiunabat ieiunio biduano: alius triduano. Macharius v̄o in angulo vno ſtabat vſq; in finem quadrageſime non panem vel aquā guſtās: non genua flectens: non in terra iacens: ſed tantuꝫ folia cruda die dominica ſumens. ⁊ euxibat ad nature neceſſaria nec os apiens nec alicui loquēs: ſed corde orās ⁊ aliquid manibus efficiēs ibat.
D ¶ Item erat in eis alimentoꝝ inſenſibilitas. Cibi enim delicati eis non ſapiebant: quia ſenſuꝫ ſuum ad eorum ſaporem non conuertebant. vnde ſancti patres neſciebant comedere carnes. prout legitur in vitis patrum. c. de continentia. ¶ Item erat in eis refectionis obliuioſitas. prout dicitur ibidem de abbate Syſoi: q̄ cuꝫ diſcipulus diceret ei: ſurge pater manduca. rn̄debat. Nonne adhuc manducauimus? Cui cū diſcipulus diceret: non: aiebat. Si
E non manducauimus: manducemus. ⁊ ibi de abbate viſitāte aliū Quibus cum appoſuiſſet diſcipulus panes. manſerūt ſic vſq; ad diem alium hora ſexta loquētes de ſpiritualibus. ⁊ tūc excitati comederunt. ¶ Iteꝫ erat in eis circa opera vtilia occupatio duꝫ comedebant: ne intenderent cibo.
F Unde ibi d̄ abbate priore dicitur q̄ ambulādo comedebat. ⁊ interrogatus quare: ait ſe ſic comedere: vt id non vt opus aliqđ ageret: ⁊ vt comedēdo delectationē anima non haberet. Idem legit̄ de abbate Hor libro. ix. hyſtorie tripartite. Qui forte idem fuit: ſꝫ binominis. ¶ Contraria v̄o ſunt in modernis multis religioſis: q̄rentibus in alimentis delitioſita

tem: accuratam preparabilitatez
et ſic de aliis. vnde Hieronym⁹
G epiſtola quadam in perſona tali/
um dicit. Natus in paupere do/
mo: in tugurio ruſticano: qui vix
milio ⁊ cibario pane rugientē ſa
tiare ventrez poteram: modo ſi
milam ⁊ mella faſtidio. Noui ge
nera ⁊ nomina piſciuz: in quo lit
tore collecta ſunt. Calleo ſapori/
bus auium: diſcerno prouincias
⁊ ciborum raritas: ac nouiſſime
damna ipſa delectant. Et de tali
bus Bernardus epiſtola. ij. de di
ſciplina monachorum ad abba/
tem Cluuiaceñ. Inter prādia q̄
H tum fauces dapibus: tantum au
res paſcuntur rumoribus: quib⁹
totus intentus: modum neſcias
in edendo. Et ibidez. Fercula fer
culis apponuntur: ⁊ cum pro ſo/
lis carnibus: a quibus aliquotiēs
abſtinetur: grandia piſcium cor/
pora apponuntur. Et cum priori
bus ſaturatus fueris: ſi ſecundos
ſcilicet piſces attigeris: videtur ti
bi non guſtaſſe piſces. Tanta q̄p
pe accuratione ⁊ arte coquorum
omnia apparātur: quatenus qua
tuor aut quinq; ferculis deuora/
tis. priora non impediunt nouiſſi
ma: nec ſaturitas minuit appetitū
Pallatuz quippe dum nouellis
ſeducitur condimentis. paulatiz
diſſueſcit ad cognita. Poſt ven
ter quidem tumeſcit oneratur: ſz
varietas tollit faſtidium. Et ſub/
I dit. Quis dicere ſufficit quot mo
dis: vt de ceteris taceaz: ſola oua
vexantur. verſantur: durantur: li
quantur: q̄toq; vertuntur: ſub/
uertuntur: diuiduntr: ⁊ nunc qui/
dem frixa nunc aſſa: nunc farſa:
nunc mixtim: nunc ſingillatiz ap
ponuntur. Ut qd hec omnia ni/
ſi vt ſolo faſtidio ɔſulatur. Et p⁹.
Dum oculi coloribus: palatuz ſa
poribus aliciuntur: infelix ſtoma
cus: cui nec colores lucēt: nec ſa/
pores demulcent: duz omnia ſu
ſcipere cogitur: oppſſus magis
obruitur q̄ reficitur: ⁊ cum cre/
bris ructibus ſe repletuz indicet:
nundum curioſitas ſatiatur. Iaz
vō de aque potu quid dicaz? quā
do quidem nec vllo etiam pacto
ad vinum aqua admittitur? Om
nes nimiruz ex quo monachi fa
cti ſum⁹: infirmos ſtomacos ha
bemus: ⁊ neceſſarium apoſtoli d̄
vtendo vino conſiliū merito nō
negligimus: modico tamē quod
ipſe permiſit cur neſcio p̄termiſ/
ſo. Et vtinam vel vno ſolo vino
ɔtenti eſſemus. Pudet dicere ſz
pudeat poti⁹ actitare: ⁊ ſi pudet
audire ñ pudeat emēdari. vidaſ
in vno prandio ter vel quater ſe/
miplenum calicez reportari qua/
tinus diuerſis vinis magis odo
ratis q̄ potatis: non taz hauſtis
q̄ attractis ſagaci approbatione
⁊ oculi cognitione: vnum tandez
e pluribus quod fortius ſit eligāt
hec Bernar. Idem ſuper Cant.
omel. xxxi. ſuper illō. Qui volue

rit animam ſuam ſaluam facere
⁊c. Quid hic vos dicitis obſer-
uatores ciborum: neglectores mo
rum? Hypocras ⁊ Socrates do
cēt: animas ſaluas facere in hoc
modo. Chriſtus ⁊ diſcipuli eius
perdere. Quem vos e duobus ſe
M qui vultis magiſtrum? Maniſe
ſtum ſe facit qui diſputat. hoc ocu
lis: hoc capiti: hoc ſtomaco no
cet. Et poſt. Legumina ventoſa
ſunt: caſeus ſtomacum grauat:
lac capiti nocet: potum aque pe
ctus nō ſuſtinet. ⁊c. Quare hoc
eſt? vt totis fluuijs: agris: hortis:
⁊ cellarijs vix inuenire poſſis qđ
comedas. Puta queſo te mona
chum eſſe non medicum: nō de
comprehenſione iudicandum:
ſed de profeſſione. ⁊c. Et quod ti
mendum eſt: ſunt aliqui qui fin
N gūt ſe debiliores: medicinas eua
cuatiuas querunt: vt liberius ⁊
excuſabilius delicatis vtant. De
quibus bene Bernardus dicta
epiſtola. Aiunt: incolumes con
uentum ſolere deſerere. ⁊ ſe in do
mo infirmorum qui non ſunt in
infirmi collocare. Carnium eſu:
qui vix egrotis ⁊ debilibus ex re
gule diſcretione pro virium repa
ratione conceditur: non quidem
corporis inflammantis ruinā re
ficere pro commodo: ſed carnis
O luxuriantis curam facere in deſi
derio. Et poſt. Delicata nimis ē
medicina: prius alligari q̄ vulne
rari: membrum non percuſſum
plangere: nundum ſuſcepto ictu
manum apponere: fouere vnguē
to vbi non dolet: emplaſtrū ad-
hibere vbi leſura non eſt. ¶ Et
non ſolum in ſanctis claruerunt
exempla predictorum ſed etiā in
philoſophis. Unde Policratus
lib. viij. c. viij. ait Socrates: mul
tos homines ideo velle viuere:
vt edant ⁊ bibant: ſe autem bibe
re ⁊ comedere vt viueret. Unde P
⁊ ferūt: Galienū decime diei ab
ſtinentiam loco medicine indi-
xiſſe: vt dicit ibi. Et Seneca glo
riatur: q̄ poſt menſam ſuam
non eſſet neceſſe lauare manus.
epiſtola. lxxxv. Iō Hieroni. ad
Helbiam. O miſerabiles: quorum
palatum non niſi ad p̄cioſos ci-
bos excitatur. Et ep̄la. xciiij. In-
felices ſunt: qui maiorem habēt
famē q̄ ventrem. ¶ Item non
ſolum in philoſophis exemplum
abſtinentie viguit. ſed etiā in ma
gnatib⁹. Ait Poli. vbi. ſ. de Au
guſto Ceſare: q̄ minimi erat ci- Q
bi ⁊ vulgaris panem ſecundariū
⁊ piſciculos ⁊ ficus appetebat. Et
de Scipione emiliano: qui in iti-
nere accepto pane veſci ſolit⁹ erat
Iō tales diu viuebant ⁊ viribus
vigebant: ſicut contrariū facien-
tes: q: miſerabiles naturam pau-
cis contentam epulis ſuffocant.
multos morbos ⁊ languores: ⁊
tandem feſtinatam mortem incur
runt. Sen. ep̄la xci. Antiqui me
dici neſciebant dare cibū ſepius

ꝛ vino fulciri venas cadētes. Ne
ſciebant ſanguinem minuere: ꝛ
diuturnam egrotationē balneis
R ſudoꝛibuſcꝫ laxare. Non enīꝫ ne
ceſſe erat circunſpicere multa au
xilioꝛum ꝛ remedioꝛum gratia.
cuꝫ eſſent periculoꝛū pauciſſima
Nunc vͦo q̄ꝛ longe proceſſerunt
cauſe valitudinis: inumerabiles
eſſe moꝛbos non miraberis. Co/
quos numera. Moꝛbos mltos
multa fercula faciunt. Medici/
na quondam: paucaruꝫ ſcia fuit
herbaruꝫ: quibus ſiſtit fluens ſā/
S guis vulnera paulatim ſanantur
Deinde in hanc peruenit tā mul
tiplicem varietatem. Nec miruꝫ
tunc illam minus negotii habu/
iſſe: firmiſ adhuc ſolidiſcꝫ coꝛ
poꝛibus: ꝛ facili cibo nec per artē
voluptatēcꝫ coꝛrupto. Qui poſt/
q̄ȝ cepit: non ad tollendam ſꝫ ir/
ritandā famē queri: inuente ſunt
mille conditure: quibus auiditaſ
exiccaret. Inde paloꝛ: ꝛ neruoꝛū
T vino madentium tremoꝛ: ꝛ miſe
rabilioꝛ ex cruditatibus q̄ȝ ex fa
me macies. Inde in totā cutē hu
moꝛ admiſſus: diſtentuſcꝫ vēter
dū male aſſueſcit plus capere q̄ȝ
poſcit: cogitur putreſcere ſumpta
non coquere. Deinde q̄ȝ ſedi pe/
ſtilenteſcꝫ ſunt ructus q̄ȝtū faſti/
dium ſui exalantibus ventrē: in/
uitis ingeſta viſcerib⁹ per os red
dunt. Quid capitis vertiginēꝫ di
caꝫ? qd oculoꝝ auriūcꝫ toꝛmen/
ta: cerebri eſtuātis imutatiōes ꝛ

inumerabilia febriū gn̄a: aliaꝝ
īpetu ſeuientiuꝫ: aliaꝝ tenui peſte
repentium: aliaruꝫ cū multo hoꝛ
roꝛe. membroꝝcꝫ caſſatione ve/
nientium? Quid alios referā: inu V
merabiles moꝛbos? Immunes
erant a malis iſtis antiqui q nū
dum ſe delitijs ſoluerāt: Sibi im
perabant: ſibi miniſtrabant: coꝛ
poꝛa ſua aut opere aut laboꝛe du
rabant. Excipiebat eos cibus: q
non niſi eſurientibus placere poſ
ſet Itacꝫ nihil tunc opus erat ita
magna medicoꝛum ſuppellectili
nec tot ferramentis ꝛ pixidibus
Poterant enim vicijs ſimplici/
bus obſtare remedia ſimplicia.
hec ille. ¶ In ſumendis vͦo ne/
ceſſarijs dꝫ religioſus ſeruare oꝛ
dinem ꝛ modum: vt non ſolum X
coꝛpus intēdat reficere alimētis:
ſed ꝛ animā ſpūalibus hoꝛtamē/
tis. Ber. ad fratres ō monte. Cū
manducas nequaq̄ȝ totus man/
duces: ſed coꝛpoꝛe refectionē ſu
mente: mens omnino ſuam non
negligat: ſed de memoꝛia ſuaui/
tatis dei vel ſcripturarum aliquid
quo paſcat meditando: aut me/
moꝛando ſecum ruminet ꝛ dige
rat. Sequit. Seruandus eſt mo
dus: ne effundat animum ſuum
comedens ſuper omnē eſcā: ob/
ſeruandum ne ante hoꝛam ob/
ſeruanda q̄litas. ꝛc. Ideo ſtatu/
tum eſt a ſanctis patribus: q reli
gioſis coꝛpoꝛa reficientibus lega
tur ſacra lectio: qua aīe reficient.

Unde de Origene dr̃: nũq̃ ſum pſiſſe cibum ſine lectione: prout t di. Hieronim⁹ epiſtola .lxxxvij. ¶ In exitu ṽo vel egreſſu a refectione: debent laudes deo exolui. ⁊ gratiarum actiones ꝓ collatis beneficijs. Unde ⁊ Saluator poſtq̃ fecit paſca cum diſcipulis: hymno dicto exiuit in montẽ oliuarum. Math. xxvij. Ad cuius imitationem religioſi debent adire ecclãm que eſt mons ſanctus completa refectione: vt deũ
Z laudent. Edent enim pauperes: ⁊ ſaturabunt: ⁊ laudabunt dñm. Ut enim ait Hiero. epiſtola .lxxxiij. Nec cibi ante ſumant: niſi oratione premiſſa: neq̃ a menſa receditur: niſi creatori gratie referantur.

¶ Capitulũ .xij. Qualiter ſe debet hẽre religioſus p⁹ refectionẽ.

His expletis debet religioſus poſt refectionem cauere a geſtus leuitate: a multiloquij varietate a ludi ⁊ ſpectaculorum vanitate: ne ſit illius populi imitator. Exodi. xxxij. Sedit populus manducare ⁊ bibe-
A re. ⁊c. Alium enim geſtũ dꝫ habere poſt cibum. ſ. maturiorẽ q̃ ante: vt tollatur omnis exceſſus ſuſpitio. prout dicit Hugo in ſũma ſua. ¶ Item cauere debet a torpida ocioſitate: eo q̃ ea hora
B eſt homo pronus ad ocium ⁊ deſidiam. Ad quam excutiendam debet vacare verbo edificatorio vel vtili ſtudio. Hieronim⁹ ep̃la lxxxviij. Statue tibi q̃t horis ſacram ſcripturam legas: nõ ad laborẽ. ſed ad delectatiõnẽ. Sen̄. epiſtola .xciij. Quo minus legas non te terreo: dũ quicq̃d legeris ad mores ſtatim referas. Illos compeſce: marcentia in te excita ſolerta conſtringe: contumaciã doma: cupiditates vexa. Uel vaces deuote orationi: et fructuoſe operationi: vel fraterne vel edificatorie collatiõi: exemplo ſanctorum qui talibus vacabãt poſt re- C
fectionem: vt patet in vitis patrũ per totum, ⁊ nunq̃ ſit ſeruus dei ocioſus. ait Ber. vbi. ſ.

¶ Caplm decimũtertiũ. De laude veſpertina.

His autem completis: ſoluende ſunt laudes veſpertine: vt offeratur deo ſacrificium veſpertinum: in figura q̃ xp̃s in mundi veſpera homo factus: mundum redemit. Uñ ⁊ congrue inſtitutum eſt: q̃ ea hora, quandoq̃ pſalmi decantẽtur ad laudem dei in figura quando q̃ vulnerum. que xp̃s pro mun- D
do pertulit. Ideo tunc laudãdus in pſalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis ſpũalibus. Eph. v. ⁊ Col. iij. Et tũc ⁊ omni hora qñ deus laudatur cor eſt ab exterioribus colligẽdum: moderandum: ⁊ preparandum. exemplo eorũ qui cantant inſtrumentis muſicis. Qui pri⁹ inſtrumenta ⁊ cordas proportio

nabiliter temperant cum plectro
exteriori: vt cordis temperatis ⁊
proportionatis: cōcorditer ⁊ dul
citer ante magnates pulſent. Sic
debet religioſus an̄q̄ cantet apō
deum: in corde ſuo conceptus ⁊
E affectus moderari: ⁊ plectro diſ/
cretionis proportionari: vt dulci
ter ⁊ ꝯcorditer cātēt corā deo. vn̄
in figura ſanctorum Apoc. v. ſin
guli habebant cytharas ⁊ phia/
las aureas plenas odoramentoꝝ
que ſunt orationes ſanctoꝝ. Et
per cytharas in quibus corde in
ligno tendunt: corpora mortifica
ta: ⁊ per fialas que ſunt vaſa pu/
ra: decora: lucida: precioſa ſctōꝝ
corda laudibus plena intelligant
Ecc. xiiij. Ante orationem prepa
ra animam tuam. ¶ Item hora
veſpertina qꝛ principalior eſt pꝰ
F matutinalem cauenda ſunt mul
ta. ſ. cordis diſtractio ⁊ euagatio
de quibus ſupra in laude matuti
nali ¶ Et hoc propter dine ma
ieſtatis preſentiam. Unde Ber. i
meditationibus. Cum ad orādū
vel pſallendum: eccl̄iam intraue
ris. fluctuantium cogitationum
tumultum extra relinque: curam
q3 exteriorem oīum penitus ob/
liuiſcere: vt ſoli deo vaces. Seq
tur. Intende illi qui intendit tibi
Audi loquentem tibi: vt ipſe ex/
G audiat te loquentem ſibi. ¶ Itē
propter angelorum preſentiam.
Unde ſequit ibi. Quoniaz preue
nerunt principes coniuncti pſal
lentibus prout exponit ibi de an/
gelis ⁊ ſicut anima eſt preparan
da ante orationem canonicā: ⁊ in
oratione ſeruanda quieta: ſic ⁊ pꝰ
ad defectus proprios dirigenda:
⁊ ad deum erigenda: poſtulando
veniam de multimoda negligen
tia: ⁊ innumeroſa deficentia que
fiunt in laude diuina: ſ3 documē
tum Saluatoris. Luc. xvij. Cu3
aute3 oīa benefeceritis: dicite ſer/
ui inutiles ſumus. ¶ Melior enim
fons orationis: q̄3 principium. H
Eccle. vij. ¶ Ecōtra eſt de mul
tis qui vix ſtare poſſunt in eccl̄ia
vſq3 ad finem horarum. Quibꝰ
timendum eſt: ne ab hoſte inde
trahantur. Sicut de monacho
beati Benedicti. ij. Dial. c. v. vbi
dicitur: ꝙ erat vagus nec in ora
tiōe poterat ſtare. Quod audiēs
beatus Benedictꝰ: acceſſit ad lo
cum ⁊ vidit: ꝙ puerulus niger eū
trahebat extra: nec ꝑmittebat ſta
re in oratione. ¶ Conſimiliter ti
mendum eſt de multis: Ut enim
legitur .iiij. col. collatione .iiij. tri
plex eſt cauſa quare nō habetur
deuotio in oratione. vel ex negli/
gentia: qꝛ ſpine ⁊ tribulli ſunt in I
corde vel ex hoſtis impugnatio
ne. Uel ad probationem ex dina
diſpenſatione: vt perſeuerantia ⁊
cordis deſiderium cōprobetur.

¶ Capl'3 decimūquartū. de mo
derantia cene.

Is completis ſi tempo/
h ris congruitas ⁊ corporiſ

neceſſitas exigit: vt ſequatur ſe/
cūda refectio ſiue cena: que qui/
dem eſt refectio poſt prandium
ait Greg. ſuper euā. li. i. omel. iiij.
K Cena eſt conuiuium in fine diei
⁊ li. ij. omel. xvi. Poſt prandiū
reſtat cena. Cum maiori ergo ti/
more ⁊ dolore ad cenam eſt acce
dendum q̄ ad prandiū. Sancti
enim patres ieiunabat biduanis
⁊ triduanis ieiunijs: vel ſaltē in
fine diei ſemel cibum ſumebant:
vt habitum eſt ſupra. Et ⁊ vt di/
cit Hiero. epiſtola. lxxxiij. antiq
monachi. ſ. cenobite cenas i prā
dia mutabant: ne ventrem cibo
duplicato onerarent. ⁊ in epiſtola
Platonis legit: q̄ nō placet bis
in die ſaturatum fieri Ut ait Tul.
v. tus. q. Et ideo nos moderni q
cenas delicatas prolixis prandijs
L ſuperaddimus: timere debemus
⁊ etiam prouidere: vt ſit cene bre
uitas: alimenti modicitas: in ſu/
mendo ſobria frugalitas: ne fiat
ventris oneratio: corporis aggra
uatio: virium ad exercenda debi
ta officia impeditio: ⁊ ne ſequatur
tempe oratiōis indigeſtio. ⁊ ſom
niorū illuſio. Oratius. Cena bre
uis iuuat: prope riuum ſomn⁹ in
herba. Hier. contra Iouinianu⁹
Comedendū eſt: ⁊ dormiēdum:
⁊ digerēdū: ⁊ poſt inflatis venis
incentiua libidinis ſuſtinenda q̄
luxurioſa res vinum. ⁊c. prouer.
M xx. Sequit. Nec tales ſumamus
cibos: quos aut difficulter dige/
rere aut comeſtos magno labo/
re paratos ⁊ perditos doleamus
Olerum: pomorum: ⁊ legumi/
num ⁊ facilior eſt apparat⁹: ⁊ ar
te impendium ⁊ medicorum nō
indiget. ⁊ li. x. coll. collatione. iij.
Generalis continentie modus ē
Ut ſm capacitatem virium cor/
poris ⁊ etatis tantum cibi ſibi qui
libet cōcedat: q̄tum ſuſtentatio
corpis non q̄tum deſiderium ſa
turitatis expoſcit. Sequit. Recēs
eſce perceptio tam in veſpertinis N
q̄ nocturnis orationibus tenuē
leuemq̄ ſenſum inuenire non ſi
nit. Ideo ſanctis comode. ⁊ vtili
ter hora nona refectionis temp⁹
indultum eſt in quo reficiēs mo
nachus non ſolum in nocturnis
vigilijs leuis ⁊ vacuus verū etiā
in ipſis veſpertinis laudibus di/
geſto iam cibo aptiſſimus inue/
nitur. Ut enim di. Ber. ad abba
tem Clunacen. Si ad vigilias
indigeſtum cogis: non cantū ex
torques ſed planctum. ¶ Econ/
tra multi faciunt: q cum nō ha/
beant refectionis neceſſitatē nec O
appetitum: nec in cibo ſaporē: ni
hilhominus: ſumunt cibos: ⁊ ce
nant in corporis nocumentū: ⁊
officiorum debitorū impedimē
tum potiusq̄ emolumentum. Et
quod turpius eſt ſalſamentis: vl
potius gule irritamentis appeti/
tum prouocant: ⁊ famem q̄ non
habent mendicant. De tali. Se/
neca epl'a. xxij. Querit non vt vē

trem impleat: ſed farſiat. quomo
do poſt ſaturitatẽ quoqȝ eſuriat
quomodo ſitiȝ: in prima potatio
ne ſedatam reuocet. Unde Tul.
P v. tuſ. q. de Dionyſio tyranno dicͭ
ꝙ cum cenaſſet: negauit ſe dele
ctatum eſſe in cibo. Reſpõdit co
quus. ſ. Minime mirum: qꝛ con
dimenta ↄ̄ficiunt. Qui cum que
reret que eſſent illa. rñdit. Labor
ſudor: curſus: fames: ſitis: Tali
bus enim lacedemoniorũ epule
condiuntur. Uoluptuoſi eni que
rentes voluptatem. auferunt eaȝ
ſibi: qꝛ ſatiati non inueniunt ſapo
rem in cibo: ſicut eſurientes. pro
ut exemplificat ibi ꝺ Dario. Qui
fugiẽs vulneratꝰ cũ bibiſſet aquã
turbidam: cadaueribus inquina
tam: ait ſe nunꝙ iocundius bibiſ
Q ſe ⁊ hoc qꝛ nunꝙ ſitiens biberat
vſqȝ mõ. ¶ Similiter ꝺ Ptho
lomeo. cui cum pergenti egyptuȝ
datus eſſet panis cibarius nihil
fuit viſum ſibi iocundius eo: qa
eſuriebat. ¶ Ab his ergo deordi
nationibus cene cauere debet re
ligioſus cuiꝰ eſt: nocte in dei lau
dibus vigilare. ¶ Poſt cenam
ꝟo cauendum eſt ab omnibꝰ que
poſt prandium cauenda ſunt: ⁊ il
lis vacandum quibus ⁊ tunc: de
quibus dictum eſt: ⁊ multo am
plius: vt ſicut corporalis refectio
eſt duplicata: ſic ⁊ aie ſit gemina
ta. Cuiꝰ refectio eſt in deuota ora
R tione vel ſacra lectiõe: ne talia nõ
cauenti dicatur illud Job pa
uit ſteriſem que non parit. ſ. car
nem: ⁊ vidue non benefecit. i. ani
me eam reficiendo ſua refectiõe

¶ Capitulum decimũquintum
de diuina laude in cõpletorio.

L Oſt iſta accedere dȝ reli
gioſus ad eccleſiã ꝓ ſol
uẽdis debitis laudibꝰ ꝺo
in completorio: qua hora ſũt me
rito laudes deo ſoluende in me
moriam agonie ſaluatoris: ⁊ ora
tionis in ipſa agonia: quando. ſ. S
ſudor eius ſicut gutte ſanguinis
deſcendit. Luce. xxij. Et in me
moriam reqetionis in ſepulchro
Unde merito dicit completori
um quia tunc complete ſunt ſe
ptem laudes canonice i ſeptima
hora: vt creatori qui omnia con
didit ſeptem diebus: ⁊ eidem re
demptori qui oẽs reformauit ſe
ptem ſacramentis: ⁊ gratificauit
ſpiritu ſeptiformi: ⁊ ipſi beatifica
tori: q beatificabit poſt hanc vi
tam que currit ſeptem diebus: ⁊
dotabit beatificatos ſeptem doti
bus. ſ. quattuor corporis ⁊ tribus
anime: laudes ſeptenarie plena
rie exoluantur. Nam per ſeptẽ
vniuerſitas deſignat: ait Greg.
ſuper euan. Omel. xij. Et ẽt gra
tia ſeptiformis. mor. i. ¶ Et i lau
dando hac hora potius ꝙ alijs T
debet homo auertere ſe ab om
nibus exterioribus: ſeqȝ ad lau
dandũ deum ꝯuertet. Uñ icipit
Cõuerte nos deꝰ ſalutaris no

ſter ⁊c. Ad innuendam ꝙ quia
fuit homo diſtractus per opera
vite actiue i die: Luce.xij. Mar
tha martha ſollicita es ⁊c. tūc dz
inuocare dei auxilium ⁊ adiuto/
riuz ad ſe auertendum ab illis: ⁊
conuertendum ad deum. Et qa
non eſt ſpecioſa laus in ore pec/
V catoris. Eccle.xv. Antecedit cō
feſſio generalis ad cor abluēduz
a cūctis pulueribus in operibus
diei ꝓctis. Et cantādo diuinas
laudes: tunc cauēda ſunt que di
cta ſunt in matutinis. ¶ His ve
ro decantatis laudibus vacāduz
eſt diuinis orationibus: ⁊ celeſti
bus meditationibus: ait Hugo
in ſumma ſua. Nox eſt tempus
ſilentij ⁊ quietis: dies tempus la
boris ⁊ operis. In noctibus de/
bent homines eſſe ſecum: ⁊ aut
feſſa corpora ſomno reficere: aut
orationibus ⁊ ſanctis meditatio/
nibꝰ ſe in ſilentio exercere. ¶ In
primis ergo redire ad cor ſuum
religioſus debet tenendo ſibi ca
X pitulum mētale. In quo capitu/
lo ratio iuſta debet ſtare loco pre
ſidentis: conſcientia recta loco ac
cuſantis: cogitationes ⁊ affectio
nes ordinate ⁊ regulate loco te/
ſtium: zelus feruens ⁊ conſtans
timor loco executoris exequētis
mandatum iuſte rationis decer/
nentis reuz puniri. de quo Aug.
de pnīa. Conſtituto in corde iu/
ditio: adſit accuſatrix cogitatio: te
ſtis conſcientia: carnifex timor.

Inde qdam ſanguis aie confitē
tis: per lachrymas eſtuat. ⁊ Ber.
in meditationibus. Integritatis
tue curioſus explorator: ꝯdigna
diſcuſſione vitam tuam examīa
Attende diligenter ꝙ̄tum profi
cis: ꝙ̄tum deficis: qualis ſis in
moribus: qualis in affectibus: ꝙ̄
ſimilis deo: ⁊ ꝙ̄ diſſimilis: ꝙ̄ ꝓ/
pe: ꝙ̄ longe: nō locorum inter/
uallis: ſed moꝝ affectibus. Stu
de, cognoſcere te. Sequit. Red y
de te tibi ⁊ ſi non ſemper ſaltem
interdum. Rege tuos affectus:
corrige exceſſus: dirige actus. Ni
hil in te remaneat indiſciplinatū
Pone omnes tranſgreſſiones
tuas añ oculos: ⁊ ſic teipſum plā
ge. Idem ad fratres de monte.
Diſce vitam tuam ordinare: mo
res componere: te iudicare: accu
ſare: condemnare: nec impunitū
dimitte. Sedeat iudicās iuſticia
ſtet rea: ⁊ ſe accuſans cōſcientia.
Nemo te plus te diligit: nemo fi
delius iudicabit. Mane pterite
noctis fac a teipſo examinationē
⁊ venture diei tu tibi indicito ca
nonem. Veſpere diei preterite ra Z
tionem exige: ⁊ ſupuenientis no
ctis fac inditionem: ⁊ ſic diſtricto
nunꝙ̄ laſciuie tibi vacabit. Qui
ſic facit ſeipſum diiudicat: ⁊ dei
iudiciuz euadet. i. cor. xj. Si noſ
metipſos diiudicaremuſ ⁊c. Job
xxxiiij. Non ē in hoīs poteſtate
vt veniat in iudicium. Ibi mor.
xxv. Eſt iudicium interius i quo

ſancti quicquid contra ſe impu-gnat eneruant. Ibi ante oculos ſuos omne qđ defleant coacer-uant: Ibi tot patiuntur ſupplicia quot pati timēt. Nec deeſt ī hoc
A iudicio miniſter qui punit reos. Nam cõſcientia accuſat: ratio iu dicat: timor ligat: dolor excruciat Sed q̄a multi hoc negligunt cõ queritur dominus. Iſay. lviij. Non eſt iudiciū in greſſibus eo rum. Iob vbi ſupra. Nunquid q non amat iudicium ſanari põt. In hoc iuditio manifeſtatur di uine bonitatis miſeratio in colla tiõe bonorum donorum: ⁊ bene ficiorum: ⁊ hoīs peccatoris abu ſio de eiſdem: ⁊ ex hoc eiuſdem humiliatio: ⁊ iudicij futuri formi datio ⁊ euaſio. Idõ in hoc iudicio diuina honoratio. Honor enim regis iudicium diligit. Vere iudi ciū determinat cauſas: prouer. xxvj. Et quia ibi relucet dei boni tas: bona homini cõferendo: ⁊ hominis prauitas: eis abutendo ideo puer. xxij. Cogitationes iu ſtorum iudicia. Sene. iij. de ira in fine. Quottidie ad rõnem re
B dolendam vocandus eſt anim⁹ hoc faciebat Sextius: vt cõſuma to die cum ad nocturnam quietē ſe recepiſſet. aium interrogaret. Quod hodie malum tuum ſana ſti? Cui vitio obſtitiſti? Qua ex parte melior es? Deſinet ira ⁊ mo deratior erit. ſ. aius: q ſciet quot-tidie ad iudicem eſſe veniendū

Sequit. Utor hac poteſtate quot tidie. Apud me cām iudico: to-tum diem mecum ſcrutor: facta dictaque mea rememoror: nihil mihi abſcondo: nihil tranſeo. C Quare quicq̄ꝫ ex erroribus meis timeam cū poſſim dicere: vide ne amplius hoc facias ⁊c. Ex di ctis igit̄ debent confundi religio ſi qui ſe nõ iudicāt: nec facta ſua ſcrutantur: cum gentiles audiūt hoc feciſſe.

¶ Capitulum decimūſeptimuꝫ Qualiter accedendum eſt ad lo cum qetis ⁊ ſomni.

Redcõ capitulo mētali completo in corde: ⁊ aīa eleuata per ſpem ad patrem mi ſericordiarum ⁊ deum totius cõ ſolationis ⁊ inflammata diuina dilectione: q̄ſi compulſa graua-mine corporis aiam aggrauātis accedendum eſt ad locum quie tis cum dolore ⁊ amaritudie: q̄ oportet dei laudes interrūpere: exemplo ſanctorum. Unde in vi D tis patrum. c. de cõtinentia dr̄ đ abbate Daniele: ꝙ tota nocte vi gilabat. Et volens circa mane ꝓ pter naturā dormir̄ dicebat ſom no veni ſerue male: ⁊ ſubripiens pauxillum ſomni ſedendo: ſtatiꝫ ſurgebat. Intrans aūt ad dormi endum debet ſe fidelis munire ſignaculo crucis inuocando do-minum Ieſum: ⁊ ponendo il-lum vt ſignaculū ſuper cor ſuū ⁊ brachia ad demones effugan-

E do s coꝛũq; illuſiones ⁊ inſidias
euadendas. Hiero. ep̄ſa. lxxxviij.
Crebro crucis ſignaculo muni-
as frontem tuam: ne extermina-
toꝛ egypti locum in te inueniat: ſ;
pꝛimogenita que apud egyptios
pereunt in mente tua ſaluentur.
Unde i vita beati Raymũdi cã
turieñ. legit: ꝙ dum ſepararet ſe
a ſocijs: ſacris inſiſtens medita-
tionibus apparuit ſibi puer cãdi
dus ⁊ rubicũdus dicens. Salue
dilecte mi. Quo mirante ſubiun
xit. An me nõ agnoſcis? ⁊ cu; di
ceret ſe eum nõ noſſe: ait. Quo-
modo hoc cum in ſcholis ad la-
tus tuum ſedeam: ⁊ tibi iſepara
biliter ſim cõiunctus. Reſpice i
frontem meam. Qui aſpiciens:
vidit aureis litteris ſcriptũ Jeſus
nazarenus. Dixitq; illi: hoc ẽ no
men meum: qd̃ tibi ſit memoꝛia
le in deſiderio aie: qd̃ diligenter
⁊ articulariter nocte qualibet im
pꝛime fronti tue. Et per hoc cõ
tra moꝛtem ſubitaneam munie-
ris. Quicũq; eni ſic fecerit moꝛ
tem ſubitanea; nõ videbit. Qui
bus dictis diſparuit. ¶ Conſimi
liter intrans ad doꝛmiendum d;
eſſe celicis ⁊ diuinis cogitationi
G bus illuſtratus. Ber. ad fratres
de monte. Iturus i ſomnum ali
quid tecum defer in memoꝛia et
cogitatione: i quo placide obdoꝛ
mias: qd̃ ẽt ſomniare iuuet. Sic
tibi nox dies illumiabitur: et nox
illuminatio tua i delitijs tuis: pla

cide obdoꝛmies: i pace quieſces
facile euigilabis: et ſurgẽs facilis
eris et habilis ad redeundum in H
diem: vnde nõ totius diſceſſiſti.
Unde de oꝛigene: ait Hiero. epi.
cvij. Nunq̃ ei veniſſe ſomnum
niſi vnus e fratribus: ſacris litte
ris perſonaret. Sicq; doꝛmienti
erit ſomnus delectabilis. Sõnia
enim q̃nq; fiunt ſm qualitate;
eoꝛum que vigilans cogitauerat
Job. vij. c. Terrebis me ꝑ ſom-
nia. Ibi moꝛ. viij. Cum ſomnia
contingant aut ventris repletio-
ne: aut inanitione: aut illuſione:
aut cogitatione: aut reuelatione:
cogitationes ſanctioꝛes: celeſtio
res: ṽtuoſioꝛes ſequunt̃ ſomnia I
blandioꝛa: ⁊ delectabilioꝛa. Job
xxxiij. Per ſomnium in viſione
nocturna. Seqtur. Aperit aures
viroꝛum: ⁊ exaudiens eos iſtruit
diſciplina. Unde ph̃us. i. ethi. in
fi. Repꝛobat opinionem dicẽtiũ
malos non differre a bonis niſi
ſm dimidium vite. ſ. tpe vigilie ⁊
nõ tpe ſomni q eſt quies. Cõtra
quos ait: ꝙ melioꝛa ſunt fantaſ-
mata iuſtoꝝ q̃ quoꝛumlibꝫ: q
melioꝛa fuerãt cogitata ab eis in K
vigilia. Ideo boni in ſomnis dif-
ferũt a malis. Cui ꝯcoꝛdat Auic.
lib. de anima parte q̃rta. vi. Do
minum quoddam eſt verbum
ſomnium: qd̃ fit cum hõ cõſue
uit dicere verbum ⁊ vincere fal-
ſam ymaginationem. ¶ Uir aũt
religioſus ſomnum capiens: ho

neſte debet eſſe compoſitus: ca/
uens ne ſomnus ſit minis pfun
L dus ⁊ abſorbtiuus: non tumultuo
ſus nõ plixus. Ber. ad fratres d
monte. Caue ſerue dei ꝙtum po
tes: ne totus quãꝙ dormias: ne
ſit ſomnus tuus nõ qes laſſi ſed
ſepultura corporis ſuffocati: non
reparatio ſed ſpũs extinctio. Su
ſuſpecta res eſt ſomnus: magna
in parte ebrietati ſimilis. Sequit
Quantũ ad debitum cõtinui p
fectus: nihil ipſis tam perit de vi
ta noſtra ꝙ qđ ſomno deputat.
Et poſt carnalis v̇o ⁊ brut⁹ ſom
nus. ſ. et ſicut dicit letheus dict⁹
a lethe fluuio īfernali: qui ſm fa
bulas obliuio īterpretatur abho
M minandus eſt ſeruo dei. Et in vi
ta beati Ber. legitur: qꝫ ſi quez re
ligioſum in dormiendo durius
ſtertentem: vel minus compoſi
te iacentem videret vix patienter
ferre poterat. ¶ Ad habendum
v̇o ſomnum tenuem iuuat vict⁹
⁊ potus ſobrietas. Ut enim dicit
ibi: tenuez victũ ſomnus tenuis
N comitatur. Et dicta epla. Sobri
um cibum: ſobriumqꝫ ſenſũ ſeqt
ſobri⁹ ſomnus. Ecc. xxxi. Som
nus ſuauis in hoie pito. ¶ Itez
iuuat ad hoc bona precedẽs ope
ratio Ecc. v. Dulcis ẽ ſomn⁹ ope
ranti. ¶ Item ad hoc iuuat ſtu
dioſa meditatio de diuina lege ⁊
celica virtute. prouer. iij. Cuſtodi
legem atqꝫ conſilium. Sequitur
Si dormieris non timebis: qe
ſces: ⁊ ſuauis erit ſomn⁹ tu⁹. Job
xi. Secur⁹ dormiens requieſces:
⁊ non erit qui te exterreat. ¶ Cũ O
qꝫ ſic dormiẽs euigilauerit debet
cor leuare ad deum orãdo ⁊ me
ditãdo: ⁊ aliqñ ſurgere. Hiero.
epiſtola .lxxxiiij. Noctibus bis
terqꝫ ſurgendum eſt reuoluẽda
qꝫ ſunt de ſcripturis que memo
